











1722.

10. Dentschlein, Johannes Christophorus: De febris mi Gasi,  
quae des Friesel dicitur.
- 11<sup>a</sup> = Gaser, Simon Petrus: De memoria in hie contra praesert-  
tionem immemoriam praecipue negativam et conse-  
nitiam.
12. Gaser, Simon Petrus: De beneficiis non deducta deducen-  
na probata probata.
13. Guntlingius, Nic. Hieronymus: De jure augustissimi impe-  
ratoris et imperii in magnum Stiriae Ducatum.
14. Guntlingius, Nic. Hieronymus: De jure augustissimi impe-  
ratoris et imperii in magnum Stiriae Ducatum.
15. Guntlingius, Nic. Hieronymus: De transmissione actorum  
in legibus imperii permitta ejusque repetitione.
16. Hoffmannus, Fredericus: De scirrko hepatis.
- 16<sup>a</sup> = Kachel, John Christian: De annis et die nativitate  
Christi.
- 17<sup>a, b, c, d</sup> = Theoribus, Carolus Guellch: De oblatione judiciali.  
4 Sept. 1722. 1738

18<sup>av</sup> Lug  
= Ludovig, Jo. Petrus: Differentias juris Romani  
et Germanici in consensu commutatis extra patrem  
... respondet. 2 Saesth

19<sup>av</sup> Ludovig, Jo. Petrus: Dissertatio in qua differen-  
tia juris communis et Saxonicus in similitudine iuris  
futura ... publicè defendit. 2 Saesth. 1722 & 1786.

20 Larvam pietatis detractam causis pietis quoad  
conditionem intelli. ... eorum disquisitionis  
exponit.





Handwritten text in a cursive script, likely a letter or document, written on aged paper. The text is faint and difficult to read due to fading and bleed-through from the reverse side of the page. It appears to be organized into several paragraphs or sections, with some lines starting with what might be salutations or headings, though they are illegible.





1922 LXII  
170 AD

DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
OBSIGNATIONE IVDICIALI,

Von der  
Gerichtlichen Versiegelung.

—  
PRAESIDE  
CAROLO GOTTLIEB KNORRIO IC<sup>TO</sup>

POTENTISS. PRVSSIAE REGI A CONSILII AVLICIS  
ET IVRIVM PROFESS. PVBL. ORDIN.

IN ILLVSTRI FRIDERICIANA

ANNO MDCCCXXII. PVBLICE DEFENSA

A  
FRIDERICO ERNESTO KNORRIO  
HALENSI.



—  
HALAE MAGDEBVRGICAE  
LITTERIS IOANNIS CHRISTIANI HENDEL.

7

XXII. 7. A. XII. 5.



EXAMINATION OF THE  
BY  
JAMES W. BROWN

OF THE

OF THE

OF THE







DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
OBSIGNATIONE  
IUDICIALI,

Von der  
Gerichtlichen Versiegelung.

CAPVT I.  
*Cui iudici ius obsignandi competat.*

§. I.



Alia iurisdictionis facies I. G. quam fuit I. R.

Alia longe Germanorum iure iurisdictionis esse faciem, quam Romanorum legibus, etiam ii, qui ad Latii instituta, veluti ad sacrum oraculum, vnice confugiunt vnanimi ore confidentur. Vt ideo neque operae pretium sit de eo tradere nonnulla, neque etiam instituti ratio id permittat. Iam enim animaduertit HENRICVS COCCEIVS

A 2

Vir



Vir etiam post fata illustris in dissertat. pereleganti de concursu plurium iurisdictionum in eodem loco §. i. seqq. e priscis Germanorum moribus gentiumque consuetudinibus omnia fere, quae de iurisdictione hodie feruntur in medium, esse repetenda. Facile autem argumenta viri illustris longius persequi possemus, si foret quispiam qui in medio die coecutiret.

## §. II.

*Cui iudici  
vi iurisdictionis  
competat ius ob-  
signandi?*

Qua de causa potius, ne limites, quos nobis in conficienda hac dissertatione praescripsimus, transiliamus, id agere in animum induximus, ut, cui iudici, si diuersae iurisdictiones in eodem concurrant loco, ius obsignandi bona, necessitate id exigente, sit vindicandum, clarissime intelligant vniuersi. Quod vero, ut procedat eo felicius, imprimis hic probe erit obseruandum, longissime inter se differre rei sitae & domicilii forum, adeo, ut, si forte immobilia arresti constringantur vinculo, rei sitae iudici hoc ius competat. Quod si vero de mobilium obsignatione incidat quaestio, domicilii iudici id sit asserendum.

## §. III.

*Resp. quorundam  
obicit.*

*Non obstat,  
quod res  
mobiles in  
sensu iuridico  
dicantur  
sitae, &*

Equidem nullus dubito, fore nonnullos qui credant, sibi non deesse argumenta, quae nostram, quam defendimus de mobilium obsignatione, sententiam ad eo possint destruere, ut eius ne vola amplius atque vestigium superfit. Sed valde vereor, ne nihil sint probaturi. Id enim, quod imprimis nobis obstat videretur dubium, non solum rem immobilem, sed etiam mobilem in sensu iuridico sitam dici posse per l. 38. in f. de iudic. facile in nihilum redigitur, si iusto illud subiiciamus examini. Non quidem nec fugit, multa disputare de



de eo casti, quum res mobiles sub alterius iudicis, qui *actio ideo in non ratione personae est competens, deprehendantur foro rei sitae possit institui.* iurisdictione; qui etiam huic, si actio instituat realis, vel arresti vinculo sint constringendae proptereaque obsignandae, hoc ius competere affirmare videntur MEVIUS P. IV. d. 74. BRUNNEM. ad leg. fin. Cod. ubi in rem act. n. n. seqq. CARPZ. in Proc. Tit. III. art. 3. STRVIVIVS exercit. IX. th. 53. STEPHANI de iurisd. L. 1. c. 31. n. 13. seqq. TABOR. in Dissert. ubi in rem actio. Verum enim vero his facili reponitur negotio, 1) firmo haud 1) Nam etiam haec actio in foro domiciliu institui potest. rei sitae semper actio realis sit instituenda. Din enim inuictissimis demonstratum dedit argumentis illustris COCCEIVS in differ. de fundata in territorio & plurium locorum concurrente iurisdictione Tit. IV. §. 5. forum domicili adeo esse generale, vt & ibi actione reali experiri possim, motus in primis l. fin. C. ubi in rem act. (a). Ne-

A 3

que

(a) Cui sententiae recte subscribunt ICti Helmstadienses apud Illustr. LEYSERVM Med. ad Pand. Spec. LXXII. p. 74. his verbis: *Bekl. schützen anfanglich exceptionem iudicis incompetentis vor und bitten Klæg. nach Dessau ad forum rei sitae zu verweisen, beruffen sich auch auf unterschiedene Rechts-Lehrer und insonderheit auf des MARTINI Auctoritæt, welcher in Processu Tit. II. §. 2. n. 235. dafür haelt, es könne der reus auf eine actionem realem in foro domiciliu zu antworten nicht angehalten werden. Aldieweil aber die Rechte in dem Fall da zwey fora concueriren dem Kl. die Wahl, auch wieder der rei Willen, deutlich verstaten l. 2. §. 3. de eo quod certo loc. also die General-Regul gleichgestalt in concursu fori domiciliu & rei sitae stat findet. SCHILT. Exerc. XIII. §. 30. 31. BERGER. resolut. LAVTERBACH p. 121. So haben wir gedachte exceptionem fori incompetentis in keine Betrachtung gezogen.*



que obstat *l. 38. ff. de iudic.* Non enim ibi excludit ICtus domicilium, sed iubet tantummodo, etiam in rei sitae foro respondere debere reum, id quod etiam latius probarunt COCCII *l. c. ff. 7. & 8. STRUVIUS exercit. IX. th. 52. STEPHANI c. l. L. 1. c. 31. n. 8. segg. CARP-ZOVIVS l. c. n. 1. seg.* 2) Non agunt Dd. qui ab illorum stare videntur partibus, de iis rebus, quae in eodem loco, ubi iurisdictiones concurrunt, reperiuntur, sed quae in diuersis. Quid enim alias opus esset differere multa, de rebus quae ad tempus in aliquo loco sint permanens acque de iis quae tantummodo transeant? Imo, si etiam aliud assererent, eorum tamen auctoritas, quae ceteroquin iis salua sit ubique, tanti nobis non est, vt, rationibus destituti, eidem subscribamus.

## §. IV.

Quae, quum ita sint, non dubitamus quin, si iurisdictiones in eodem concurrant loco, ius in personas & res mobiles, vbiunque in isto loco reperiantur, iudici domicilii comperat. Audiamus illustrem COCCIIUM *in diff. de concursu plurium iurisdictionum in eodem loco Cap. I. ff. 7. & 8.* Finge iam, inquit, in oppido concurrere ipsum oppidi magistratum, Academiam & curiam principis; ius est magistratui oppidano, ciuem suum ex aedibus quoque Academicis, & licet cum ciue Academico ibi habitet, citare iurisdictionemque in eum exercere. Quod eidem vicissim ius est senatui Academico in suos, qui cum ciue oppidano habitant; Eadem ratione si habitent cum officiali curiae, aut in eius aedibus, nam quaeque in oppido concurrunt iurisdictiones fundatae est in quocunque eius oppidi loco ac parte, sed in suum tantum ciuem, ita vt exerceri in eum, vbiunque in oppido sit, possit. Hinc idem ius est senatui v.g. Academico in res ciuium suorum in oppido sitas *in*

2) Non lo-  
quuntur Dd.  
de casu  
quando di-  
uersae iuris-  
dictiones in  
eodem loco  
concurrunt.

Sed enim  
concurrunt,  
iudicis domi-  
cili in qua-  
cunque oppi-  
di parte fun-  
data.



in quacunq[ue] oppidi parte illae sitae sint. *Quum enim oppidum sit locus rei sitae, in oppido autem duplex forum concurrat, quod in omnibus oppidi partibus fundatum est, & personis saltem distinguitur, cuique magistratui iurisdictio ex loco rei sitae competit in res suorum civium &c.* Sed licet viro illustri quoad bona immobilia, de quibus idem affirmat, calculum adiciere haud possumus, haec enim forum, vbi sita, necessario sequuntur, tamen, quod ciues eorumque res concernit mobiles, sine omni dubio iudicis personae fundata est iurisdictio. Praesertim quum eiusmodi iurisdictio v.g. Academica certo loco adscripta haud sit; sed in quocunq[ue] oppidi loco & parte competat magistratui, sed in suum tantummodo ciuem, atque ideo etiam altero iudice, qui competens est quoad immobilia, non requisito illam exercere possit, sed solum, quod iterum iterumque affirmamus, in ciuem suum eiusque res mobiles.

*Quod tamen de immobilibus non affirmandum.*

## §. V.

Ne vero nobis desit Dd. auctoritas, quae nonnullis adeo cura cordique est, vt sine doctore vel lege loqui ipsis instar criminis esse videatur, etiam quid de mobilibus sentiant facile est ad ostendendum. Afferunt enim, haec personam tamquam accessorium suum principale sequi. *GAILIVS L. II. obs. 124. n. 18. MEVIUS P. II. dec. 10. Ino adeo adfixa quasi intelliguntur ossibus & personis dominorum in loco, ubi foueant larem, siue domicilium, vt non magis a persona domini separari possint, quam anima a corpore.* *KLOCK de contrib. C. XI n. 19. COLERVS de Proc. execut. P. I. c. 3. n. 254. 272. & decif. 60. n. 40. CARPZOVIVS decif. 1. n. 5. aliique ab his citati.*

*Neque nobis Dd. auctoritas desit.*

## §. VI.



## §. VI.

*Fluit vero ex hoc fundamento fir mobilitum obfignationem pertinere ad domiciliu iudicem, imprimis cum plane non realem adficiat iurisdictionem.*

Iam ergo finge, eo res ciuium perductas, vt mobilium obfignatio neceffaria, & sane dubitandum non erit, quin iudici domicili ius obfignandi non folum res mobiles, fed etiam receptacula, vbi afferuantur, vnice fit vindicandum. Tamenfi autem iterum fint, qui hic nobis ogganniant atque hoc ius iudici, fub cuius iurisdictione forte ædificium, in quo receptaculum deprehenditur, fitum, fronte pertinaci afferant; placeat tamen nobis, bona eorum pace, regerere, hoc ius obfignandi minime realem adficere iurisdictionem, fed tantummodo fufcipi in fecuritatem rerum mobilium, quæ ibi afferuantur, atque quarum intuitu in quouis oppidi loco fundata eft fenatus iurisdictione, faluo ceteroquin vbiuis iudicis rerum immobilium iure atque auctoritate. Quamdiu itaque in illo loco habitant ciues, magiftratus, fub cuius iurisdictione ædes fixæ funt, nullum actum iurisdictionis exercere potest, nifi ædes adficiat & in ipfam rem immobilem dirigatur. Si enim quis rei vindicationem inftituat, vel ex alio iure in rem experiatur, vel etiam facienda fit ædium æftimatio fundata erit iurisdictione. Si vero de bonis mobilibus agitur & illæ ædium partes, in quibus custodiuntur, obfignandæ funt, nulli iudici hoc ius competere potest, nifi qui iurisdictionem in perfonam exercet (b). Dum enim ei princeps iurisdictionem in ciues fuos conceffit in quocunque oppidi loco vel parte habitent, etiam eidem ius dedit, vtendi medijs ad finem neceffariis. Igitur fi iudex rei

(b) Rarius tamen ab ipfo iudice peragitur obfignatio, frequentius feriba iudicii cum duobus affefforibus, vel etiam cum folo miniftro ad id ablegatur.



rei sitae, sportularum lucro fasciatus, de turbata iurisdictione quereretur, exceptio tua non interest litis ingressum impediret.

## §. VII.

Agnovit hoc etiam serenissimus legislator Halensis in confirmatione *des von E. E. Rathe vnd dem Herrn Schultbeissen der Stadt Halle aufgerichteten Reccesses wegen unterschiedener Gerichts-Actuum D. D. Cölln an der Spree d. 10. Octobr. 1685. vbi ita dispositum: Weiter gebühret eilfften dem Rathe iure magistratus der unmnündigen Gütber, doch Inbaltis iudicatorum d. 21. Jun. 1599. d. 18. April. 1632. d. 4. Jul. 1662. und den 27. Mai. 1663. zu obsigniren vnd inuentiren &c.* In eo vero de Anno 1599. vt cetera silentio praetereamus, expresse statutum, soli ciuitatis senatui competere ius obsignandi pupillorum bona, vt licet ea arresti vinculo constringi coeperint, tamen neque cum obsignatio peragenda, neque cum inuentarium conficiendum est, concurrere queat praetor Regius. Quod si autem coram hoc motus concursus creditorum vtiq; incumbit tutoribus, vt in iudicio Regio respondeant creditoribus. Sed qua ratione hoc indulgere potuisset Serenissimus legislator, si sola obsignatio praediudicium inferret iudici, cui realis competit iurisdictione? Fatendum potius est, hoc, quod etiam satis adparet ex ipsis iudicati verbis, solummodo fieri in securitatem rerum, quae spectant ad pupillos, quia magistratus vt tutor supremus eorum commodum atque vtilitatem promouere debet, cum ad eum, si non omnia ex officio peregerit, redundet periculum, minime vero, quasi magistratui realis quaedam iurisdictione sit vindicanda. Quemadmodum igitur hoc casu id sine iudicis rei sitae

*Probatum ex lege Halensi.*

*Senatus enim solus obsignat pupillorum bona.*

B

prae-



præiudicio fieri potest, ita dubium non est, quin etiam in similibus ex vulgato canone, vbi eadem ratio legis, ibi quoque eadem legis dispositio esse debet, locum habeat.

## §. VIII.

*Quod tamen  
limitatur  
per O. P. C.  
XLIII. §. 15.*

Licet igitur hoc ius denegari nequeat magistratui, tamen non dubitandum est, quin exceptioni locus sit per *O. P. Duc. Magdeb. C. XLIII. §. 15.* I) si fori gaudeant privilegio (c) illi, qui vita funguntur. Tunc enim, si

(c) Licet enim in ciuium aedibus habitent, tamen facit fori privilegium, vt magistratui ordinario nulla iurisdictio in eorum personas & res mobiles competere possit. Nam manifestum est ex iis, quae §. IV. & VI. disserimus, iurisditionem privilegiam certo loco non esse adscriptam, sed exerceri, in quocunque etiam oppidi loco & parte habitent illi, quibus fori privilegium indultum est. Igitur frustra ante aliquot annos litem intendit supremo principis iudicio magistratus quidam municipalis, cum decederet vir illustrium natalium, qui in aedibus ciuis cuiusdam per plures annos habitauerat. Egrege rem omnem illustrabit responsum ICorum Halensium, quod hic adiciamus: *Wird gefragt: Ob nicht dem ordinario Magistratui die Obſignation vnd inuentur auch bey illustren Personen, welche in einem priuat- vnd Bürger-Hauß, so der Stadt-Obrigkeit iurisdition vntermorffen, bis an ihrem tödtlichen Hintritt gewohnet, allein zusuche, oder ob nicht zum wenigsten mit vnd nebst der Regierung der ordentliche Stadt-Magistrat vnd Gerichtsherr in dergleichen actu per deputatos concurriren, mit bin die ordentliche Stadt-Obrigkeit nicht gänzlich könne praereriuet werden? Ob nun zwar es das Ansehen gewinnen will, das wer in einer gewissen Obrigkeit iurisdition wohnet vnd darunter sich auf-*



si obsignatio fuerit necessaria, ab iis peragenda est, quibus demandatur ab illustri Regimine. 2) Si moriantur

*aufhält, auch derselben unterworfen sey, inmassen das forum domicilii und habitationis so kräftig fundiret, das gleichwie dergleichen Person secundum iura domicilii Recht nehmen muß, Dec. Concluf. 352. n. 4. BERGER. Occ. Jur. L. IV. T. IV. §. I. also auch nach ihrem Tode ratione ihrer Verlassenschaft niemand anders, als dem magistratui, worunter das domicilium gelegen, die Obsignation und Inuentur zugehören könne, in fernerer Erwägung, das ein ieder, folglich auch eine persona illustris gut und freywillig sich solches forum selbst constituiret, und da sie unter Bürgern und in einem Bürger-Hause wohnt, zum wenigsten voluntate tacita der bürgerlichen Obrigkeit sich unterwirft, auch so gar in Capitulatione Caesarea LEOPOLDI art. 44. versehen, das die von Kayserl. Majest. ertheilte höhere Würde das ius domicilii nicht aufheben könne, mithin vor sich selbst zu stiefen scheint, das entweder die Stadt-Obrigkeit, worunter dergleichen Person gewohnt, allein die Versiegelung und inuentur verrichten müsse, oder, daferne diese der Regierung aus besonderer consideration nachsehen wolte, zum wenigsten per deputatos, um ihre iura zu conferuiren, erwehnter Versiegelung und Inuentur beyzuwohnen besagt sey; Die weil aber dennoch in Sachsen einige Personen ein forum privilegiatum haben und nicht so wohl de nouo von der Stadt-Obrigkeit iurisdiction ausgenommen worden, sondern bereits per legem publicam oder consuetudinem eximiret sind, MENCKE ad Tit. ff. de iudic. pag. 42. seq. und im übrigen eine illustris persona einem Rath, Secretario und schriftst. ssigen Edelmann, oder Dresdischen Doctori, Amtsweser &c. welche ad forum principis oder iudicium inferiore superius gehören, zweiffels ohne nicht geringer gehalten werden muß cum qui est maior nobili talibus minimum iuribus frui debeat atque is, qui est dignitate minor. STRYK. in dissert. de iure Baronum passim. Hingegen gewiss, das durch die er-*



tur consiliarii collegiis huius ducatus non adscripti, vel a Potentissimo Rege dimissi, vel etiam, qui mortis tempore exteris principibus sint a consiliis, quo casu hoc ius concessit Rex Potentiss. praetori Regio, quamuis adsint impuberes. Id quod partim ex ipsis verbis O. P. partim ex declaratione regia clarius patebit: *So oft nach*

*wohnte Wohnung in einer Stadt der höhere Stand nicht verringert werde. REIGER. Thesaurus Juris Ciuil. sub voce nobilis pag. 182. und im übrigen mehr als zu bekannt, daß ein Stadtrath über eximirte Personen und deren bewegliche Güter sich keine iurisdiction anmassen dürffe, cum vbi loquitur superior, tacere debeat inferior & lumen maius obfuscat minus, HERG. P. II. Qu. 25. n. 13. mithin auch nach ihrem Ableben keine Verfolgung und Inuentur praetendiren könne, obnerachtet diese be in einem Bürger-Hause gewohnt, welcher sonst unter des Magistraths iurisdiction geböret, angesehen es hier nicht auf das Haus, oder eine actionem realem wegen des Hauses, oder davon schuldiger Abgaben ankommt, sondern vielmehr die persona exempta in Betrachtung gezogen werden muß, welche einem höhern Gerichte unterworfen und also ein ander forum competens privilegium hat, so durch die Bewohnung eines Bürgerhauses nicht aufgehoben werden mag, indem sonst alle Räte und eximirte Personen dem Stadtrath unterworfen werden würden, weil sie doch in den Stadt Häusern wohnen müssen, MARTINI Comment. ad Ord. Saxon. T. IX. §. 2. n. 366. welches gleichwie es ungewöhnlich, also ist um so viel weniger zu zweiffeln, daß der Regierung vtpote iudici illustrium personarum competenti und nicht dem Stadt-Magistrat die Versegelung und Inuentur nach dem Tode solcher eximirten Personen gebühre, und weil dieser über dieselbe die geringste iurisdiction nicht hat, auch nicht einmahl bey der Obligation und Inuentur zu concurriren oder per deputatos zu erscheinen berechtigt sey. V. R. W.*



nach Gottes Willen ein oder der andere aus dem Mittel unser Magdeb. Regierung, Cammer- und Consistorial Collegio, derer dabey befindlichen Secretarien und andern Bedienten verstirbet, und die gerichtliche Versiegelung und Inuenturung denen Rechten nach nöthig wäre, soll dieselbe von niemand anders, denn melchem unsere Cantzler und Rätthe jedesmahl solches auftragen, verrichtet werden. Da aber sonst einer unserer Bedienten, der zu vorgedachten collegiis nicht gehörig, in unsern Berg-Gerichten der Stadt Halle mit Tode abgeben würde, und dessen Verlassenschaft zu obsigniren und zu inuentiren die Notdurfft erforderete, soll solches unserm Schultheiß und Berg-Richter, der alsdenn seyn wird, in denen Thaal-Gerichten aber unsern Saltz-Gräffen und Ober Bornmeistern hierdurch committiret seyn. Sed cum postea anno scilicet 16000000 inter magistratum oppidanum & praetorem Regium lis incidisset, an etiam hoc extendendum esset priuilegium, ad ciues honoratiores & eos imprimis, qui exteris forte principibus fuerint a consiliis, deinde autem iura ciuitatis consecuti, & sic praetor regius *vi commissionis* obsignationis actum peragere possit, accessit Potentissimi Regis declaratio his verbis: Ratione futuri soll <sup>& per declaracionem regiam.</sup> der Stadt-Rath derer auswärtigen Bedienten Verlassenschaft, wenn sie in Halle Bürger worden, und nicht mehr in Diensten seyn, existente casu zu obsigniren und zu inuentiren befugt seyn. Wofern aber die auswärtige Bediente in würrcklichen Diensten tempore mortis gewesen, ob sie gleich zu Halle Bürger worden, wie auch, wenn wir unsere Bedienten in Gnaden dimittiret haben, und selbige gleich tempore mortis nicht mehr in würrcklichen Diensten gestanden: So soll dennoch deren Verlassenschaft zu



obsigniren vnd zu inuentiren vnserm Berg-Richter, non obtante daß unmiündige Erben vorhanden, alleine zusehen, vnd dessen sich der Stadt-Rath nicht anzumassen haben. Quae tamen lites, quas saepius ideo moras esse intelligimus, in causa fuerunt, quare prudentiores ceperint consilium, ab utroque iudice *provisionaliter*, vt aiunt, esse peragendam obsignationem, donec controuersia a principe fuerit decisa. Neque tamen hoc casu res est consilii, alterius iudicis, propria auctoritate, remouere sigilla suaque adponere, quia adhuc dubium manet, quisnam iudex fundatam hac in re habeat intentionem. Memini tamen casus, vbi iudex, festinato consilio, id ausus fuerat. Sed quum querelae ad principem deuoluerentur, iustissimam incurrit reprehensionem.

## §. IX.

*Idem obrinet  
quoad mili-  
tes.*

Ne autem solum iis, quae adduximus argumentis, nostram corroborare videamur sententiam, aliud, quod novum ei conciliat robur, ferre in medium nobiscum constituimus. Quem enim fugit, in vrbibus praefidia, vsu esse receptum, vt, cum res militum atque receptacula, in quibus afferuantur, licet ea sint in ciuium aedibus, quacunque ex causa obsignanda sint, id non requisito prius rei sitae iudice peragatur, sed sola praefecti militum auctoritate. Id quod sane neque hoc casu fieri posset, si actus obsignationis per se cohaereret iurisdictioni reali. Qua de causa ea, quae in praecedentibus demonstrauimus, huc sunt applicanda, vt inde denuo pateat, errare eos, qui effectum realis iurisdictionis esse obsignationem asserere non erubescunt.

## §. X.



## §. X.

Antequam vero huic capiti colophonem imponamus, sicco pede non est praetereundum, inter illufres faepe motas fuiſſe lites de obſignandi iure. Imprimis vero in Germania notum eſt Sereniſſimum Electorem Saxoniae eiusque Mareſchallum vicarium comitem Pappenheimium id ſibi vindicare, cum legati, qui agunt Ratiſbonae in comitiis, diem obeant ſupremum. Patet hoc exemplo legati Hanouerani Limbachii in comitiis defuncti, cuius bona obſignari curauerat Pappenheimius. Licet autem eidem hoc ius in dubium vocatum ſit, tamen id acriter defenderunt ſcriptores Saxonici v. A. des Europ. Heroldts T. I. p. 337. ſeqq. Excell. REINHARDVS in diſſert. de officiis imperii Saxoniciſ p. 136. ſ. 13. n. 9. Nos autem in praefenti hanc litem noſtram non facimus, ſed potius ad Cap. II. progredimur.

*In comitiis etiam con-  
trouerſia de  
iure obſi-  
gnandi fuiſ-  
ſe mota.*

## CAPVT II.

De

*Obſignatione bonorum hereditariorum.*

## §. I.

Romanorum legibus nullibi ſtatutum eſſe legimus, inuentarium ſolemne rerum hereditariarum praecedere debere obſignationem. In l. enim ſin. ſ. 2. C. de iure Deliber. vbi inuentarii recenſentur requiſita, altum de obſignatione ſilentium & potius licentia datur creatoribus vel legatariis, ſi maiorem putauerint eſſe ſubſtantiam a defuncto relictam, quam heres in inuentario ſcripſit, quibus voluerint legitimis modis, quod

*I. R. obſignatio incognita.*



quod superfluum est, probare, vel per tormenta forsitan fervorum haereditariorum, vel per *sacramentum heredis*, si aliae probationes defecerint, *c. l. f. §. 10.* STRYK. *Vf. Modern. de Iure Delib. §. IV.* Quae igitur cum ita se habeant, quis ibit inficias, Germanorum moribus hunc obfignandi ritum fuisse introductum? Praesertim cum non statim ad bonorum designationem se accingere soleant heredes, sed id primum circumactis triginta diebus peragant (a). Postquam enim hac ratione saepius in suspensionem incidisset heres, ipsum, edito licet inventario, non bona fide omnia inferuisse eidem; voluerunt Germani, ut accederet obfignatio. BERGER *Oecon. Iur. L. II. tit. IV. n. 50. not. 5.* CARPZOVIUS *P. III. C. 33. d. 10.* Quod si autem hoc ita ab herede obseruatum haud fuerit, adeoque indicia contra eum sat grauiam militent, non est ambigendum, quin adhuc iuramenti religione corroborare debeat inventarium. RAVCHBART *P. I. Qu. 29. n. 14.*

Moribus in  
Germ. intro-  
ducta,

ut sc. omnem  
suspicionem  
euitaret he-  
res.

Si ergo eam  
omisit iura-  
mento in-  
uentarium  
corroborare  
debet,

(a) Has triginta dierum inducias ab antiquissimis temporibus Germani heredibus concesserunt, ut eo commodius iusta facerent mortuis & animabus igne purgatorio excruciatas heredum precibus ac ieiuniis consuleretur. Id quod probatum dedit Illust. HEINECCIUS *Elem. Iur. Germ. L. II. T. X. §. 306. ex Capitular. L. VI. C. 198. edit. Baluz.* Fideles pro defunctis amicorum & parentibus eorum ieiunia & oblationes TRIGINTA DIES adimplere faciant. Alium locum adtulit HORNIVS *dissert. de tricesimo §. 6. ex DITMARO Merséb. L. V. qui de caede Eccardi Marchionis agens Hermannus, inquit, accepta nece parentis improuisa, cum matre celeriter occurrit patrisque corpus ingenti luctu suscipiens in vrbe, quae Iena dicitur, sepeliri fecit. Peracto autem TRICESIMO DIE domina Suonachiida ad Misni proficiscitur cum suis.*



n. 14. BRVNNEM. ad l. fin. C. de Iure Deliber. n. 47. MOL-  
LER. in Semestr. Lib. II. c. 14. n. 4. RICHTER. P. I. dec. 59.

n. 14. CARPOV. P. III. C. 33. d. 10. qui etiam, his motus  
rationibus, sequentem in modum a scabinis Lipsiensi-  
bus responsum fuisse perhibet: *Do nun die Glaubigere  
beybringen könten, daß die Erben die Erbschafft alsobald ge-  
bürtlichen nicht obliquiren lassen; So wären bemeldete Er-  
ben daß aufgerichtete Inuentarium mit ihrem Eyde zu be-  
stärcken schuldigt. V. R. W.*

*id quod re-  
sponso con-  
firmatur.*

## §. II.

Sed haec fraudis suspicio evanescit, si id egerit  
heres, vt statim, mortuo illo cuius hereditatem nan-  
ciscitur, accedat obsignatio. Quam ob causam ita  
Facultas iuridica Lipsiensis apud RICHTERVM loc.  
cit. ff. 10. pronunciauit: *Ob wohl zu Recht ausdrücklich  
nicht versehen oder verordnet, daß die Verlassenschafft  
notwendig gerichtlich oder sonst müste verschlossen vnd  
versiegelt, vnd was die Rechte ausdrücklich nicht erford-  
ern, wohl mag unterlassen werden. Dennoch aber vnd  
dieweils gemeinlich die Verlassenschafft von einem ieden um  
seiner bessern Verwahrung willen, allen bösen Verdacht vnd  
Argwohn von sich abzumenden, pflegt versiegelt zu werden,  
vnd was aus beständigen gewissen Ursachen eingeführet  
gleich denen geschriebenen Rechten in acht zu nehmen;  
So hätte auch der Wittmen vnd der unmündigen Kinder  
Vormünder, da sie bösen Verdachts sich entbrechen wol-  
len, ihres Haus-Wirths vnd Vaters Verlassenschafft versie-  
geln zu lassen, in alle Wege obliegen vnd gebühren wollen.*

*Cessat frau-  
dis suspicio, si  
statim accedat obsigna-  
tio,  
quod iterum  
confirmatur  
responso.*

Licet enim STRYKIVS V. Modern. de Iure deliber. ff. 3.  
solenne inuentarium sine obsignatione fieri posse exi-  
stimet & plerique interpretes, dum necessarias legi-  
timiti

*Pertinet ob-  
signatio ad  
formam in-  
uentorii.*

C

timiti



timi inuentarii partes recensent, obsignationem omit-  
tant; tamen, cum moribus sit recepta eaque, quae  
longa consuetudine comprobata sunt ac per annos  
plurimos obseruata, non minus quam ea, quae scri-  
pta sunt iura, seruentur *l. 35. D. de LL. consequitur,*  
vt ad formam inuentarii obsignatio pertineat eaque  
omissa fides inuentarii vacillet. LEYSER *Medit. ad*  
*Pand. Spec. CCCLXIV. p. 709.* Hinc etiam HORNIVS  
*diff. de tricesimo §. 18.* testatur, a ICTIS Vitembergen-  
sis ideo reiectum fuisse inuentarium, quod obsigna-  
tio non ea vespera, qua vidua nuncium de mariti mor-  
te acceperat, sed sequenti die facta esset. Igitur he-  
res sibi imputet suaeque culpae adscribat, si neglecta  
vel non iusto tempore facta obsignatione, inuentario  
plena fides haberi nequeat (b). Recte enim pro-  
nunciarunt scabini Lipsienses apud CARPZ. *l. c. n. 6.*  
*Ob nun wohl gedachte Wittbe sich hiezu nicht verstehen*  
*will, fürgebende, daß sie ein Inuentarium aufrichten las-*  
*sen, dannenhero sie, weil noch zur Zeit der angeführte*  
*Verdacht wider sie nicht beygebracht, noch ausgeführt*  
*worden, mit der eydlichen Specification nicht zu be-*  
*schweren; Diemeil sie aber nicht alsobald nach des Man-*  
*nes Absterben, inmassen ihr zu thun obgelegen, sondern*  
*allererst des dritten Tages nach dem Begräbniß versie-*  
*geln*

- (b) Rarior fuit apud Germanos inuentarii vsus, cum heredes ultra  
vires hereditatis non obligauerint SCHILTER *Exerc. XXIX.*  
*§. 151. 152.* Si vero lis de viribus hereditatis incidebat, he-  
redes ad iurata specificationem admittebantur. *Illustr.*  
HEINECCIUS *Elem. iur. Germ. L. II. T. X. §. 305.* *Illustr.*  
LEYSERVS *Specim. Pand. CCCLXV.* DR. STRECKER *dis-*  
*sert. de Specific. iurata C. I. §. 2.* MOLLER *Sensstr. L. II.*  
*C. 14. n. 3.*



geln lassen, und also dieses Puncts wegen nicht richtig verfabren; So hat sie sich auch mit ihrem Einwenden nicht zu bebellfen, sondern sie ist das aufgerichtete Inuentarium, ehe und zuvor eine richtige Erbtheilung geschicht, mit ihrem leiblichen Eyd zu bestätigen und zu beschweren schuldig. V. R. W. Quod si vero his omnibus rite obseruatis quis ditiozem esse hereditatem contendat in se recipere debet onus probandi. RICHTER loc. c. n. u. seq. Sufficit tamen, si praesumptiue probare possit, aliquid fraudis ab herede, vel in confectione inuentarii, vel extra id fuisse commissum. Tunc enim adigitur heres, vt, quam exhibuit bonorum hereditarium descriptionem, iurisiurandi religione confirmet. MOLLER semestr. L. II. C. 14. n. 4. CARPZOV. l. c. dec. u. MEV. P. IV. dec. 92. BERLICH. P. II. dec. 160. n. u. seq. Cuius formula haec esse solet: Ich N. schwöre zu Gott dem Allmächtigen einen leiblichen Eyd, daß ich in Caji Erbschafft ein mehreres nicht gefunden habe, als in dem getreulich gefertigten und von mir übergebenen Inuentario enthalten ist. Sollte mir auch über kurz oder lang annoch etwas, es habe Namen wie es wolle, vorkommen oder beyfallen, welches in diese Erbschafft gehörig, will ich solches ebenfals anzeigen und eigentlich benennen, ohne Argeliff und Gefährde. So wahr mir Gott helfe und sein heiliges Wort.

## §. III.

Quamuis autem amouisse nonnulla heredem adpareat, tamen, quod credunt quidam, Latii institutis delusi; non dupli poena obrinet (c), sed sola rei amo-

*Noque tamen si quaedam amota sunt dupli poena obrinet.*

C 2

tae

(c) Sanxit enim IUSTINIANVS c. l. f. §. ii. vt si ex hereditate aliquid heredes furripuerint, vel celauerint, vel amouendum cura-

cura-



tae restitutio moribus Germanorum sufficit STRV-  
 VIVS Exerc. 33. tb. 56. CARPZOVIUS Pr. Crim. P. 2.  
 Qu. 85. n. 84. Quod vero hic in transversum egit eos,  
 qui duplum vrgere non erubescunt, fuit, quod in-  
 tolerabilis error, quasi etiam hoc casu iuris peregrini  
 tradita, quia illorum abrogatio doceri nequeat, pro  
 regula sint obseruanda, eorum animis sese inlinua-  
 uerit. Non autem quaeritur: an leges poenales in  
 Germania sint abrogatae, sed an vnquam receptae?  
 Quum enim omnis receptio sit facti indeque non  
 praesumatur, hoc etiam casu non nobis, sed iis in-  
 cumbit probatio, praesertim quum mores Germano-  
 rum prorsus sint diuersi a Latii institutis, a diuersis  
 vero ad diuersa argumentum duci nequeat. Immo  
 quis sine contradictionis vitio in subsidium vocaret  
 ius peregrinum, vbi patriae non deficiunt leges?  
 vid. diss. Illustr. THOMASII de usu actionum poenaliu in  
 Germania Cap. 1. §. 37. & C. 2. §. 10. seqq. Agnouerunt  
 hoc etiam iam dudum ICI Lipsienses apud RICH-  
 TERVM l. c. n. 16. Ob wohl, wenn in Inuentarien die  
 beschriebene Form nicht gehalten wird, dasselbe als vvor-  
 kommen, vnkräftig vnd nichtig ist; Dennoch aber vnd  
 diemeil solches alleine so weit statt hat, da auf den Mangel  
 in Rechten eine gewisse Straffe gesetzt, aber ningend zu be-  
 finden, das dadurch der Erbe sich des beneficii inuentarii  
 verlustig mache; So haben auch hierdurch die Wurbe vnd  
 Erben sich des beneficii inuentarii nicht verlustig gemacht,  
 vnd hat auch disfalls restitutio dupli NICHT STATT.  
 Sed potius poenae arbitrarie locum esse pronuncia-  
 runt.

*Quare du-  
 plum esse re-  
 stituendum  
 credant non-  
 nulli.*

*Quorum au-  
 tem error re-  
 fellitur.*

*Atque simul  
 probatur,  
 contrarium  
 dudum sen-  
 sisse ICros Li-  
 psiensis.*

*Qui penam  
 extraordina-*

*curatorum, postquam fuerint conuicti, in duplum hoc resti-  
 tuere, vel hereditatis quantitati computare compellantur.*



runt. Möchte einer unter denen Erben, wie recht, über-  
führt werden, daß er aus der Erbschaft was entwendet und *riam dicti-*  
vertrauet: So wäre er solches zu erstatten verpflichtet, *tarunt.*  
und möchte hierüber mit Landesverweisung in Strafe ge-  
nommen werden.

## §. IV.

Quod vero requisita, quae in obfignationis actu  
obferuanda sunt, attinet, pro diuersis prouinciarum *Obfignatio-*  
statutis atque consuetudinibus etiam diuersimode *nis requisita*  
variant, vt itaque certi aliquid hic definire nobis non *diuersimode*  
fit integrum. Solet tamen vt plurimum iudicis au- *variant.*  
thoritatem, vel notario & testibus adhibitis peragi. *Plerumque*  
STRYK. *Vj. M. de Iure delib. §. 3. p. 798. seq.* Qua de *tamen per*  
caussa etiam in Serenissimi AVGVSTI administrato- *iudicem vel*  
ris Ducatus quondam Magdeburgici constitutionibus *notarium fe-*  
C. XIII. p. 57. ita dispositum esse legimus: Was aber das *ri debet.*  
Inuentarium antrifft, damit soll es, wenn sich ein Fall  
zuträget, daß Wayßen und minderjährige Kinder ihrer El-  
tern ohne Testament oder sonderliche Vergebung beraubet,  
und also der Verpflegung nothdürftig worden, daß durch  
jedweden Orts ordentlicher Obrigkeit, Amtleute, Rätthe  
oder Gerichte bey ihren Amts- und Gerichts Pflichten, als-  
bald und ohne Verzug die Verlassenschaft versiegelt &c.  
& in Ordin. Polit. de Anno 1688. C. XLIII. §. 1. Wenn idem in O. P.  
Wayßen und minderjähriger Kinder Eltern nach Gottes all- *dispositum.*  
mächtigen Rath und Willen ohne Testament oder andere Ver-  
gebung absterben, sodenn sollen die nächsten Bluts-Freunde  
durch ordentliche Obrigkeit oder Notarios publicos und  
Zeugen, wie sie es am bequemesten zu seyn erachten, und  
nicht an ein und andern Ort gewisse Verordnung deswegen  
verhanden (de lege Halensi diximus C. I. §. VIII.) wel-



*Nisi pater  
obsignationis  
modum de-  
terminaue-  
rit.*

*vel eam pro-  
hibuerit.*

cher billig nachgegangen wird, alsbald und ohne Verzug die Verlassenschaft versiegelt. Quae omnia rite sunt obseruanda, si pupilli, minores vel etiam absentes existunt heredes, nisi pater vel testamento, vel alia voluntatis declaratione, licet minus solemniter, obsignandi modum determinauerit, id, quod non solum ex AVGVSTI Admin. patet constitutione, sed etiam ex O. P. l. c. Es wäre denn, daß der Vater eine schriftliche Verordnung, welche auch ohne Solemnitäten gültig seyn soll, nach sich gelassen, wie mit Versiegel und Inuenturung verfahren werden soll, alsdenn ist solcher allerdings nachzugehen, und von der Obrigkeit dawider nichts vorzunehmen. Idem etiam dicendum est, si plane pater obsignationem prohibeat. Cum enim inuentarium conscribi vetare possit, ne vel paupertatis vilitas deregatur, vel diuitiae exponantur inuidiae l. 13. §. 1. C. arbitr. tut. arg. l. 2. C. de alim. pup. praestand. l. 2. C. quando & quib. quarta deb. FINCKELTH. Obs. LXXVI. n. 25. quis, quaeſo, eidem ius prohibendi obſignationem in dubium vocabit? Nam quid opus eſſet obſignatione, ſi teſtator fidem tutoris elegit & ſolenne inuentarium fieri vetuit? Quod ſi vero modum conficiendi inuentarium praſcripſerit eumque non obſeruauerint illi, quorum hanc curam eſſe voluit, proculdubio compelli poſſunt, vt repertorium, quod fecerunt, iureiurando confirment. Et ita reſpondit Facultas Iuridica Halenſis in Maſtr. BÖHMERS Consult. & Dec. P. I. Reſp. 633. p. 939. Hat Titius im Herzogthum Magdeburg in ſeinem Teſtament ſeine damals verlobte Tochter Semproniam vnd ſeiner älteſten verſtorbenen Tochter hinterlaſſenes einziges Kind Cajam zu Erben eingeſetzt, dabey aber  
unter



unter andern disponiret, daß nach seinem Tode nicht versiegelt, sondern durch Sempronium, als seinen Eydam, mit Zuziehung eines Notarii alles aufgezeichnet werden solle, dahero denn erfolget, daß das meiste unversiegelt und uniuentiret vnter der Semproniae Händen gewesen, allermaßen Caja vnd derselben Vater in einer andern Stadt wohnbaffrig, dahero gezweifelt werden will: Ob nicht die angeführte Disposition vngültig, vnd dahero auch wegen der übrigen Umstände Sempronia nebst ihrem Ehe-Mann eine eydliche Specification ediren müßte? Wann nun gleich sonst die gemeinen Rechte dem Vater freye Hände lassen vnd verstatten, daß er frey vnter seinen Kindern disponiren kann, auch vor demselben die Praesumption militiret, quod optimum consilium pro liberis suis susceperit, solche seine gute Intention auch dadurch im Testament declariret, daß er nemlich solches zu dem Ende gethun, damit die Nabrung nicht möge gebemmet werden. Endlich auch die Magdeburgische Policy-Ordnung dem Vater gleichfalls die freye Disposition hierinn zu überlassen scheint; Diemeil aber dennoch der testator zuvor die Versiegelung verboten, gleichwohl dabey ausdrücklich verordnet, daß seine Tochter Sempronia alles durch Sempronium mit Zuziehung eines Notarii solle aufzeichnen lassen, damit keinem von beyden Erben Unrecht geschehen möge, daher wenigstens nöthig gewesen wäre, daß die Sempronia, allen Verdacht zu vermeiden, so fort solche Aufzeichnung vorgenommen, vnd dieselbe gebührend nacheinander absoluiret hätte, da doch bergegen die Sempronia erst nach Ablauf XII Tage nach dem Tode ihres Vaters zu solcher Inuenturung geschritten, vnd die vorhandene Waaren vnd was davon verkaufft aufzeichnen lassen, vnd nach Verlauf  
eini-



einiger Tage erst die Brieffschaften und übrige Mobilien inventiret. Nachdem der von dem testatore vorgeschriebene Modus auch darinn nicht obseruirt worden, daß Sempronius zugleich die Inuentur mit verrichtret hätte, welcher nur bey Aufzeichnung ewiger Dinge zugegen gewesen, hergegen die Sempronia sich bey allen hauptsächlich interessiret, so fort nach des Vaters Tode den Notarium, so ihr Curator gewesen, requiriret, und mit ihm das baare Geld meistentheils gezelet, doch solches auch ihm nicht einsten alles angegeben, sondern Cajum als der unmündigen Cajæ Vater bereden wollen, solches in der Stille miteinander zu theilen, wodurch sie sich sehr verdüchtig gemacht, quæuis autem suspicio fraudis heredem, licet inventarium solenne fecerit, ad iuratum obligat specificationem, ita vt, si vel præsumtiue saltem probetur, aliquid fraudis ab herede admissum esse, designatio ipsâ iuramento confirmanda sit. RAVCHB. P. I. Qu. 29. n. 15. BERLICH. P. II. dec. 160. n. 15. seq. quorum potissimum pertinet, si heres bona defuncti non statim curauerit obsignari. RAVCHB. l. c. n. 14. CARPZOV. P. III. C. 33. d. 10. RICHT. Dec. 59. n. 13. BRVNEM. ad l. f. C. de iure deliber. n. 47. Und obgleich der testator solche Versiegelung verboten, gleichwohl solches nicht wohl geschehen mögen, als welche der Grund des Inuentarii, und daher allerdings nöthig ist. BRVNEM. c. l. RICHT. c. l. auch solche Freyheit, die Versiegelung im Testament zu verbiethen, in der Magdeburgischen Policy Ordnung nicht nachgelassen (d), sondern nur ratione modi, wie mit der Ver-

(d) Sed aliud obtinet in ipsis rerum argumentis & obsignationem a patre, si nullius præiudicium metuitur, prohiberi posse non



*Verfiegelung solle verfabren werden, dem Vater einige Freyheit verstattet worden.* POLICEY - ORDNUNG C. 43. §. n. in fn. So ist die Sempronia nebst ihrem Ehe-Mann, bewandten Umständen nach, eine eydliche Specification zu ediren verbunden. V.R.W.

## §. V.

Sed si testator in fraudem creditorum aerisque alieni obfignationem prohibuerit & solenne inuentarium fieri vetuerit, iudex precibus creditorum locum facere bonaque obfignare & solenne inuentarium conficere debet. FINCKELTH. *Obs. LXXVI. num. 3. WESENB. P. II. Conf. 86. n. 2.* Nisi vidua aliiue ad aes alienum exsoluendum se obstringant. Tunc enim omne præiudicium, quod alias immineret creditoribus, exulat. Idem etiam obtinet, si liberi se læsos esse in legitima conuerantur. Cum enim sine onere relinquenda sit & quæcunque conditio atque grauamen pro non adiecto habeatur l. 32. C. de inoff. testam. nemo non intelligit, patrem in fraudem portionis legitimæ nec obfignationem, nec inuentarii confectioem prohibere posse, maxime cum sine inuentario aut iurata specificatione de quantitate hereditatis atque adeo etiam legitima constare nequeat. LEYSER *Spec. CCCLXI. p. 679. Spec. CCCLXIV. p. 708.* FINCKELTH. l. c. n. 27. seq. Re-Ète itaque responderunt I Cui Lipsiensis l. c. n. 31. *Obmobl L. von der G. in seinem Testament verboten, daß seine Söhne*

*In fraudem tamen creditorum & legitimæ prohiberi nequit obfignatio.*

*einig*

non dubitatur. Maxime si matris fidem, ob tenerimum in liberos adfectum, securus sit. Licet hanc maritalem fiduciam sæpe periculofam atque damnosam fuisse liberis experientia nos edocuerit.

D



einig Inuentarium oder Findexettel aufzurichten nicht schuldig seyn, noch von seinen Töchtern oder derselben Erben, noch sonst jemand anders dazu gezwungen oder angehalten werden sollen; Und dann einem jeden seines Gefallens und Willens über seinen Gütern Verordnungs zu machen frey gelassen, die eingesetzten Erben auch einer solchen Verordnung geborsamlich nachzukommen schuldig; Dennoch aber und die weil die Eltern ihren Kindern, aus Verordnung der Rechte, ihre gebührende LEGITIMAM aus ihren Gütern nach ihren Absterben vollkömlich zu lassen verpflichtet, solche aber ohne Aufrichtung eines Inuentarii oder dergleichen ritbtigen Verzeichniß nicht gewiß und eigentlich erkläret werden mag; So ist solche Ordnung, so weit dieselbe den Töchtern an ihrer LEGITIMA schädlich und nachtheilig, zu Recht vnkräftig und vnbeständig und mögen die Söhne auf Ansuchen der Töchter, vnbeschadet des väterlichen Testaments und letzten Willens, weil sie in dem allein dasjenige suchen, dazu der Vater nach Verordnung der Rechte verbunden gewesen, durch das richterliche Amt zu einem vollständigen Verzeichniß der Verlassenschaft wohl angehalten werden. V. R. W. Aliud responsum ICtorum Halensium legitur apud STRYCKI-VM Caut. Testam. C. X. §. 17.

## §. VI.

*Etiam eo casu obsignatio spectat ad domicilii indicem, si pupillorum bona obsignanda sunt.*

Supereft, vt eorum excutiamus argumenta, qui forte vi iurisdictionis realis ius obsignandi pupillorum atque minorennium bona rei sitae iudici vindicant. Quod enim dicunt illi, quasi ipsam rem immobilem adficiat obsignatio, oppido est falsum, imprimis, cum iam Cap. 7. inuictis probatum sit argumentis, minime ex eiusmodi obsignatione, quae sic securitatis causa, vllum ad



ad iudicem rei sitae redundare praeiudicium, cum iudex domicilii eam non eo animo fieri curet, quasi iurisdictionis realis quoddam quasi ius sibi vindicare velit, sed ut saluae sint res pupillorum, seque ab omni immunem praestet periculo. Cum enim notissimi iuris sit, regulariter domicilii iudicem constituere tutorem *Illustr. BÖHMER in Doctr. ff. de tutor. & curator. dat. &c. §. 2. §. etiam curare debet, ne damnum incurrat pupillus.* Qua itaque ratione ab hoc obsignationis actu ad realem iurisdictionem duci possit argumentum non intelligimus. Hinc etiam laudatus COCCIVS *in dissert. de fundata in territorio & plurium locorum concurrente iurisdictione Tit. IV. §. 6.* petitionem hereditatis in foro domicilii esse instituendam per *l. vu. C. ubi de hereditate* probat.

## §. VII.

Noli vero existimes, ea etiam quae C. I. §. VIII. a nobis allata sunt exempla, oriri ex iurisdictione reali. Quod enim ibi disponitur de iis, qui principi sunt a consiliis, plane huc non pertinet, cum in vulgus sit notum, fori hos gaudere privilegio. Interim tamen a scopo non aliena est quaestio: an si quispiam, qui principi est a consiliis, nominatis autem ibi collegiis non adfociatus, vita fungatur, tunc praetori regio ius obfignandi tribuendum sit, quia, quod interdum contingere potest, bona ibidem possideat immobilia? Sed quid opus fuisset peculiari lege & regis privilegio, si ius obfignandi iurisdictione inuolueret. Idem vero, quod de his, qui adhuc consiliariorum manus obeunt, asserimus, subsecuta declaratione regia C. I. §. VIII. etiam dicendum est de his, qui mortis tempore vel a rege dimissi,

*Non obstat  
O. P. Ducar.  
Magdeb. C.  
40. §. 5.*

D 2

vel



vel exteris a consiliis sunt principibus, licet pupilli minoresue eorum existant heredes. Sed cum hæc omnia adeo sint clara, vt is quendam mentis deminutionem passus videatur, qui adhuc anceps hæreat, operæ pretium non esse duximus iis immorari diutius.

## §. VIII.

*Privata resignatio non permissa, nisi omnes, quorum interest, consentiant.*

Potius indagabimus, num liceat privata auctoritate amouere sigilla a iudice impressa? Certum vero cuiuscumque esse putamus, publicæ securitatis fraudisque vitandæ causâ iudicis auctoritate fieri obsignationem. Igitur qui privato ausu sigilla amouet iudicis auctoritatem violat meritoque pœna arbitraria coercetur. Sed cum sigilli iudicialis auulsio in se sit actus indifferens, iniuriæque ex affectu & intentione facientis constat. *l. 3. §. 1. D. de iniur.* facile intelligitur, ad animum resignantis esse respiciendum nullamque iudici fieri iniuriam, si omnes illi, in quorum fauorem sigilla publica fuerunt impressa, communi consensu ea detraxerint. Cur enim non his, quæ pro se introducta sunt, rebus ipsis & factis renunciare possent? *arg. l. f. de his quæ in testam. del. l. pen. C. de Pact. v. o. e. t. ad Pand. Tit. Depos. vel contr. §. 16.* Aliud itaque effert dicendum atque resignans coercendus, si non omnium, quorum interest, consensus adcesserit vel ipsius magistratus, veluti propter *in detractus*, inter sit. Hinc recte responderunt Icti Halenses apud STRYKIVM *Vf. Mod. l. c. p. 803.* *Obwohl keinem privato frey steht, die Obrigkeitliche Siegel wegzunehmen, auch sonst die auulsio sigillorum aliorum eine Beschimpfung mit sich führet, wenn es gleich nur inter privatos geschieht.* THEODORIC. *Colleg. Crim. Disp. 8. cap. 2. lit. g.* Weil aber dennoch die Versiegelung der Verlassenschaft nur in



in fauorem heredum geschehen, damit von der Erbschafft nichts entwandt werde, vnd also der Rath dabey kein ferneres Interesse gehabt, als daß aller Erben Bestes befördert werden möge, diese hingegen consentiret, daß durch einen andern Notarium die Resignation geschehen möchte, bey solcher Resignation auch ein mebrers nicht zu attendiren, als ob die vorgedruckten Sigilla annoch unverletzt seyn, welche recognitio volentibus illis, quorum interest, eben so wohl per tertium als per ipsum obsignantem geschehen kann, vnd solchergestalt hierbey ganz kein animus iniuriandi aut respectum magistratus violandi vorhanden, sine animo autem iniuria non committitur. CARPZOV. P. I. dec. 35. n. 12. So erscheinet hieraus so viel: daß solche in fauorem certarum personarum a senatu geschehene Obsignation, auch wohl von einem fremden Notario, consentientibus illis quorum interest, resigniret werden können, außserdem aber die resignationes allezeit von demjenigen, welcher die Versiegelung verrichtet, geschehen müssen. Elegans quoque responsum Ictorum Helmstadiensium occurrit in *Illustr.* LEYSERI *Med. ad Pand. Spec. CCCLXIV.* quod, cum illa, quae differuimus, egregie illustret hic adiicimus: Seynd des verstorbenen Christian Engels hinterlassene Sachen durch die Amtsgerichte versiegelt vnd verschlossen, auch die Schlüssel in die Gerichte getragen, nachgebends aber auf des rechtlichen Beystandes Polygraphi Cordati Veranlassung die Siegel priuatum hinweggenommen, die Behältnisse durch einen Schlüssel eröffnet vnd 152 Thaler aus dem einen Kasten gehoben worden; Entsethet diessennach die Frage: Ob Polygraphus Cordatus widerrechtlich Verfahren, vnd ob, auch wie er allenfalls zu bestrafen sey? Nun ist zwar dem gantzen gemeinen

nen



nen Wesen daran gelegen, daß die von der Obrigkeit gericht-  
lich gefchehene Versiegelung von einem jeden privato  
respectiret, und durch Violirung derselben die öffentliche Si-  
cherheit nicht gekräncket werde. Denn da solche Versiegelung  
kein anderes Absehen bat, als vermittelst Obrigkeitlicher Au-  
thoritüt die streitige Sachen gegen jedermänniglich zu verwah-  
ren und zu versiegeln, so ist auffer allen Zweifel, daß der,  
welcher solches Siegel bricht, das obrigkeitliche Amt  
vnd Gewalt verachtet vnd verletzt. Weil nun durch  
solche Verletzung nicht allein die Unter-Obrigkeit, sondern  
auch per indirectum die hohe Landes-Herrschaft, als von  
welcher alle der Vnter Obrigkeit Gewalt herfließet l. i. pr. de  
L. Iul. AMB. l. 3. ad L. Iul. Mai. ZIEGLER de Iur. Mai.  
L. I. C. 29. §. 3. 13. lädiret vnd verachtet, mitbin ein crimen  
laesae maiestatis secundi generis begangen wird, so gemün-  
net es das Ansehen, ob habe Polygraphus cordatus ein inquisi-  
tions-müßiges vnd höchst strafbares factum begangen: Alldie-  
weil aber die Hinwegnehmung des Gerichts-Siegels an  
sich eine ganz indifferente Sache ist, gestalt alle Rechts-  
Lehrer einem testatori vergönnen, sein in den Gerichten  
niedergelegtes vnd mit dem Gerichts Siegel verwahrtes  
Testament an sich zu nehmen, vnd das Siegel privato aucto-  
ritate abzureißen, arg. l. 30. C. de Testam. BERLICH. P.  
III. Concl. 4. n. 49. PHILIPPI ad Dec. 44. Obs. 3. n. 33. ja  
eben diese Gewalt nach des testatoris Tode seinen Erben,  
daferne sie miteinander einig seynd, zusiehet, dergestalt,  
daß sie das vnter ihres Erblassers Verlassenschaft gefundene  
vnd gerichtlich versiegelte Testament, ohne Zuziehung  
der Obrigkeit eröffnen können. CARPZ. P. III. Cap. 5.  
dec. 24. n. 7. MEV. ad Ius Lub. P. II. T. I. art. n. n. 19. Hier-  
nechst ein von der Obrigkeit auferlegter Arrest ganz wohl  
pri-



privata auctoritate von beyden dabey interessirten Personen, ohne des iudicis Wissen und Willen aufgehoben werden kann, arg. l. 4. §. 4. de Rejud. COLER. de Proc. Exec. P. I. C. 6. n. 56. MEY. de Arrest. C. XXV. n. 5. folglich es allhier lediglich darauf ankommt, ob alle diejenige Personen, auf deren Verlangen und zu deren Sicherheit die Erbschafts-Sachen gerichtlich verschlossen und versiegelt worden, in die Eröffnung und Entseigelung gewilliget, und denn, dem Bericht nach, die beyde Brüder ihr übriges Geschwister darum befraget, auch dem Polygrapho Cordato die Antwort, daß solche allerseits damit zufrieden, gebracht, hingegen die Wittbe angeführter massen bey der Versiegelung gantz kein Interesse gehabt, auch so viel wir sehen können, um die Versiegelung nicht angesuchet, demnach ihren Consens bey der Entseigelung zu suchen unnöthig gewesen; So hat Polygraphus Cordatus darinnen, was er gethan, nichts Strafwürdiges begangen.

## CAPVT III.

De

## Iure obsignandi bona obaeratorum.

§. I.

Miserrimum Latii iure obaeratorum fuisse statum, quem ex aere alieno subibant, antiquitatum perhibent monumenta. Solebant enim Romani eos, si condemnati iusto tempore non soluissent, neque vindex fuisset, qui debitum in se susciperet, addicere creditoribus, vnde etiam nexi vocabantur. SALMASIVS de mod. usur. C. XI. f. 18. Excell. HEINECCIUS in Antiq. Jur. Rom. ad tit. I. Quibus mod. toll. oblig. f. 2. seqq. Quem ad.

Miserrimus  
l. R. debito-  
rum erat  
status, addi-  
cebantur  
enim credi-  
toribus.



*Quem morem a Graecis acceperunt Romani.*

*Donec Servius Tullius obvaratis cessionis beneficium daret.*

admodum vero pleraque Graecorum instituta, ita & hæc a Graecis transiisse ad Romanos mihi admodum est opinabile. Saltem PETRVS PETITVS *de LL. Atticis p. 412.* hunc morem iam ante Solonis tempora apud Græcos obtinuisse probat. Fuit vero rigidum hoc ius vsque ad tempora Seruii Tullii in viridi obseruantia. Cum enim hic imperii conscendisset solium, cessionis beneficium dedit obvaratis, atque iussit, vt creditores contenti essent eorum facultatibus neque ius sit in libera corpora. DIONYSIVS HALICARNASSAEVS *L. IV.*

§. II.

*Quod iperum per Tarquinium superbum Romanis ademptum. Quo licet eiccto tamen idem placuit Auitis.*

Factum deinde, vt, cum Tarquinius superbus regnum cæde & fraudibus inuaderet, omnesque Tullii leges abrogasset, etiam rigidum hoc ius denuo vigere coeperit DIONYSIAS *l. c. SCHVB. de Fat. Iurispr. Rom. Exerc. I. p. 95.* Et licet demum Bruti artibus effectum esset, vt rex cum omni stirpe regia e ciuitate eiceretur, tamen decemviri illud denuo adprobant atque XII. Tabb. ipsam legem inseruerunt, cuius verba memoria reliquit GELLIUS *L. XIX. C. I.*

*Sed falso credunt corpora debitorum inter creditores fuisse diuisa.*

*§. 3.* Fecit vero peruerſa huius legis interpretatio, vt persuaderent sibi, antiqui etiam, dilacerasse Romanos debitorum corpora. Saltem QUINTILIANVS *Lib. III. instit. c. 6. sunt quaedam,* ait, *non laudabilia natura, sed legibus concessa, vt in XII. Tabb. debitoris corpus inter creditores DIVIDI licuit.* vt TERTULLIANVM, ipsumque CAECILIVM apud GELIVM *l. c.* taceamus. Sed quam absone hi subdlexerint rationes erudite ostendunt FERNELIVS van BYNCKERSHOECK *Obſeru. Iur. Rom. L. I. obs. 1.* ANN. ROBERTVS *L. II.*

*Incidebant enim tantum in servilem conditionem.*



*L. II. Rev. iud. C. 6.* Nihil enim aliud hoc ipso indigatur, quam debitores in feruilem incidisse conditionem, ipsisque venditis pretium inter creditores fuisse distributum. Si quis enim ex solis verbis legem interpretari vellet, is etiam cum legeret, *captiui omnes distrahi sunt*, sine dubio mente praecipiti adfirmaret, eos fuisse dilaceratos, quod vero, quam esset ineptum, nemo non animaduertit. Qua etiam de causa rectissime castigauit GYNDLINGIVS *Gundling. P. V. p. 78. §. 2.* auctorem du traité de l'incertitude des sciences, qui eundem errat errorem.

## §. III.

Demum vero A. V. C. CDXXVII. lata lege Poetelia Papiria C. Poetelio & Liuio Papirio Coss. teste LIVIO *L. VIII. C. 28.* abrogata fuit obaeratorum additio, eorumque, ut vocabatur, sectio, saltemque permissum creditoribus, ut bona debitorum possiderent eaque ad hastam venderent, vid. Dn. HEINECIVS *loc. cit. §. 5.* GRAVINA *de Orig. Iuris C. II. n. 72.* Cum autem ne hac quidem ratione satis consultum esset debitoribus, quin potius insatiabilis auaritia eo perduceret patricios, ut in aedibus suis priuatos haberent carceres, atque in vincula conicerent obaeratos, nouas tabulas eflagitauit populus. SIGONIVS *de Antiq. Iure Ciu. Rom. Lib. 1. c. 6.* Tandem Caesar lege lata cauit, ut facta bonorum aestimatione, ea in solutum debitores darent creditoribus. SVETONIVS *in Caesar. C. 42.* Quae tamen lex cum sensim in desuetudinem abiisset, restituta fuit a Iustiniano *Nou. IV. c. fin. & Nou. CXX.* Eadem etiam forte Lege Iulia cessionis beneficium iis datum fuit, qui sine dolo malo

A. V. C.  
CDXXVII.  
abrogata de-  
bitorum ad-  
ditio.

Quam tamen  
legem eluse  
Patriciorum  
calliditas,

donec Caesar  
prospiciebat,  
debitoribus,

qui etiam  
forte intro-  
duxit cessionis  
beneficium.

E bono-



honorum fecissent iacturam. Dn. HEINECCIUS *l.c.*  
*ff. 8.* Quo cessionis beneficio id consequebantur oba-  
 rari, ne in vincula conici aliisque affici possent pe-  
 nis *l. 1. & 4. C. qui bon. ced. poss.* Quod si autem debi-  
 tor hoc beneficio non usus, vel eo non uti poterit,  
 vel iam condemnatus fuerit, creditores in possessio-  
 nem omnium bonorum mittebantur *leg. 2. & 7. ff. ex*  
*quibus caus. in possess. eat. l. 6. C. de bon. auct. iud. possid.*  
*l. 2. & 3. C. qui pot. in pign. eoque ipso ius pignoris præ-*  
*torii adipiscebantur l. fin. C. de Prator. Pign.* Et si de-  
 bitor spreta missione non satisfaceret creditoribus,  
 impetrabant decretum de bonis vendendis. HVB-  
 RVS in *Prælect. ad ff. quibus es causis in possess. eat. & de*  
*rebus auct. iud. possid. ff. 2.* DVARENVS *ibidem C. 1. & 2.*  
 CVIACIUS *Obseru. L. III. C. 39. & Parat. C. qui bon. ced.*  
*poss.*

*Quod benefi-  
 cio si non usi  
 fuerint, vel  
 non potue-  
 rint, mitte-  
 bantur cre-  
 ditores in  
 possessionem  
 bonorum.*

## §. IV.

*Pater ex his,  
 que fuerit  
 I. R. obera-  
 torum con-  
 ditio.*

*Imo etiam,  
 inprimis si  
 essent absen-  
 tes, accede-  
 bat obigna-  
 tio.*

Noli vero existimes, haec omnia frustra a nobis  
 fuisse allata, cum nullibi obignationis iniiciatur men-  
 tio. Id enim inprimis egimus, ut paucis, qui ritus  
 quaeque solennitates Latii institutis in bonis obara-  
 torum fuerint necessariae, ostenderemus. Neque  
 etiam dubitamus, quin accesserit aliquando iudicis  
 auctoritate obignatio, inprimis si debitor absens fue-  
 rit. Expresse enim *in leg. 20. ff. de iniur. MODESTINVS*  
*si iniuriae faciende, inquit, gratia Seia domum absentis*  
*debitoris signasset sine auctoritate eius, qui ius concedendi*  
*potestatemque habuit, iniuriarum actionem intendi posse re-*  
*spondit.* Quod si ergo is iniuriarum tenetur, qui sine  
 iudicis auctoritate ædes absentis debitoris signavit, se-  
 quitur, iudicis auctoritate, præuia scilicet causae  
 cogni-



cognitione, sigilli ad positionem omnino fieri potuisse.

## §. V.

Postquam igitur ea, quae Romanorum legibus de obaeratorum conditione fuerunt obseruanda, praemissimus, pedem mouemus ad Ius Germanicum. Hoc autem iure, non solum moribus, sed etiam legibus atque prouinciarum statutis introductum, vt, cum bona debitorum arresti constringuntur vinculo vel excitatur concursus creditorum, statim accedat obfignatio. Hinc Potentiss. REX Prussiae in peculiari edito de anno 1715. 14. Jun. wider die Banqueroutiers §. 3. ita disposuit: *Da aber drittens ein solcher betrüglicher Schuldner flüchtig würde, und austräte, so sollen unsere Regierungen, Iudicia und Gerichte jedes Orts, worunter der Entlauffene gefessen, so fort dessen Bücher, Briefschaften und Effecten in genaue Verwahr (sc. prauiua obfignatione) nehmen, und das gantze Vermögen in ein richtiges Inuentarium bringen.* Idem quoque in SAXONIA legibus sancitur. In dem Leipziger Kauff- und Handels Rechte p. 51. art. 22. von Fallimenten und concursibus creditorum: *Wenn bey einem Kauffmanne, Cramer oder andern Personen, so diesen gleich zu achten, welche entweder zu Leipzig wesentlich wohnen, oder sich noch daselbst aufhalten, oder auch Handels Effecten haben, ein Banquerout oder ein Falliment sich ereignet, so hat es bey dem, was wegen der Inuentur, OBSIGNATION, Taxation, auch Verkaufung derer vorbandenen Waaren, und sonst in vnsern Eingangs eingezogenen f. d. Dresden den 26. Decembr. 1682. Iabres an dem Rath zu Leipzig ergangenen Rescript disffalls versehen, dem nochmals sein bewenden.* Quae vero sit caussa, quare

*I. G. necessaria, si moneatur concursus, obfignatio.*

*Quod probatur 1) ex edito Regis Prussiae.*

*2) ex Iure Saxonico.*



*Sed ideo I. G. ob-  
signatio  
necessaria ne  
damnum in-  
currant cre-  
ditores.*

Germanorum leges obfignationem exegerint, facile est ad ostendendum. Id enim agere debet iudex, vt omne damnum, quod forte imminere posset creditoribus, auertatur. Hinc quia non statim ad inuentarii confectionem se accingere potest, omnia interim receptacula sigilli iudicialis adpositione, vt eo maior adfit securitas, sunt munienda.

## §. VI.

*Non tametsi  
sine summa-  
ria causse  
cognitione  
obfignatio  
fieri debet.*

*etsi id facit  
iudex tene-  
tur iniuria-  
rum & arbi-  
trarie puni-  
tur.*

*Queritur:  
an non peri-  
culo petentis  
id facere  
possit?*

*Quod neg.  
quia iniusta  
periculo pe-  
tentis conce-  
dere non de-  
bet iudex,*

Quando autem creditores petunt a iudice, vt arrestum decernat peragatque obfignationem, hic sane non sine vltiori causse inquisitione eorum precibus locum dare, sed in id inquirere debet: an etiam caussa arresti subsit iusta? Quemadmodum enim ad interesse tenetur, si credito debitorisque fuga, vel inopia demonstratis denegat arrestum CARPZ. in *Processu Tit. XXI. art. 1. n. 55. (a)*. BERLICHIVS *P. I. conclus. 74. n. 90.* ita etiam ex temeraria arresti concessione non solum iniuriarum conueniri, sed etiam arbitraria pœna coerceri potest CARPZOV. *loc. cit.* Non enim nisi in subsidium, & vbi via iuris ordinaria deficit, ad hoc remedium extraordinarium est deueniendum. MYNSINGER. *Resp. 66. n. 13.* GAILIVS *de arrestis impetii C. 2. n. 3.* MEVIUS *P. III. decis. 35.* Sed iam videor mihi audire caustidicos cerebrosos magna clamitare voce, *fiat periculo petentis.* Quo sane nihil absurdius excogitari potest. Quis enim homo sanæ mentis adfirmabit vnquam, id, quod per se iniustum est

atque

(a) Qui etiam propterea a Scabinis Lipsiensibus hunc in modum responsum fuisse testatur: *Daß mit Verweigerung des arrest übel verfahren, derwegen N. N. die Gerichte ad interesse zu belangen vbenommen. V. R. W.*



atque illicitum, periculo petentis concedi posse. Et licet denuo mente admodum precipiti regerant homines illepidi, iudicem non vno momento ita omnes sub examen vocare posse facti circumstantias, vt iustitia arresti ei statim incurrat in oculos; tamen exinde parum ad eos redundabit solatii. Pessime enim agit iudex, qui statim, sine vltiori examine, precibus illius, qui arrestum petit, locum dat. Quem admodum itaque firmum atque indubitatum manet, adhuc iudicem teneri iniuriarum, ipsumque non sine poena esse dimitendum; ita multo minus eum conuenire potest, cuius petitis satisfactorius peregit haec omnia, quia ex re illicita atque plane iniusta nulla fideiussio, nullum mandatum, imo nulla indemnitas & hinc etiam nulla actio oriri potest. vid. BRUNNE-MANN. ad l. 28. de re iudicata n. 1. seqq. vbi his argumentis os obstruxit iis, qui non sine insigni dedecore cum incondita rabularum turba errare, quam veritatem agnoscere malunt.

## §. VII.

His itaque obseruatis, quae, si obsignatio fieri debet, necessaria sunt, superest, vt dicam: an etiam, si bonis cedat debitor, de quo beneficio §. III. disseruimus, a iudice peragenda sit obsignatio? an vero creditorum relinquatur arbitrio, qua ratione sibi constulere velint? Sed nos non arbitramur, hic omnia priuata auctoritate facere posse creditores. In l. enim

4. C. qui bon. ced. poss. cautum: *Legis Iuliae de bonis cedendis beneficium constitutionibus duorum nostrorum parentum ad prouincias porrectum esse, vt cessio bonorum admittatur, notum est: non tamen creditoribus sua auctoritate*

*Et hinc etiam petentem conuenire nequit.*

*Qu. an si bonis cedat debitor, accedere debeat obsignatio?*

*Negatiua probatur.*



diuidere haec bona & iure domini detinere, sed venditionis remedio, quatenus substantia patitur, indemnitati suae consulere permissum est. & l. 6. C. de bon. auct. iud. pro debito creditores adduci sibi bona sui debitoris iure non postulant.

Sc. omnia iudicis auctoritate sunt peragenda.

1) ut libris praescindatur occasio & 2) consularur debitoribus.

Quæ cum ita sint dubium non est, quin omnia rite h. e. iudicis auctoritate fieri debeant, praesertim, cum id eius requirat officium, ut libris praescindat occasionem caueatque, ne iis aperiatur fenestra. Quod sane vix euitandum, si integrum esset creditoribus, suo arbitrio vendere debitorum bona. Accedit, quod hoc etiam tendat in fauorem debitorum, ne scilicet leuiori forte pretio eorum res aestimentur. Apposita BRUNNEMANN. ad cit. l. 4. n. 2. Creditores, inquit, debebant scire, bona a debitoribus possessa debuisse iudicis auctoritate subastari & vendi, & ex pretio debuisse creditoribus satisfieri. Confer. idem de Proc. Concurf. Credit. Cap. I. ff. 6. Sed hæc omnia modo legitimo i. e. præuia obfignatione iudiciali.

### §. VIII.

Qu. cui iudicis competat ius obfignandi debitorum bona? Resp. si sint mobilia domicilii iudicis.

Antequam ad Cap. IV. transeamus, exigit instituti ratio, ut euincamus, cui iudici ius obfignandi obæeratorum bona competat. Iam quidem ex iis, quæ C. I. ff. IV. & C. II. ff. V. diximus, satis adparet, hoc etiam casu mobiliu obfignationem iudici domicilii esse vindicandam; sed ut in eo maiori omnia constituentur luce, vitio nobis verendum non erit, si nonnulla, quæ huc inprimis pertinent, in medium feramus. Iam vero iuris est certissimi, in foro domicilii mobilia arresti vinculo esse constringenda BERLICHIVS P. 1. Cap. 14. num. 66. CARPZ. in Proc. Tit. 21. Art. 3. n. 44. seqq. Hoc autem concessio, quis quæso eadem



eidem iudici ius obſignandi denegabit? Quae de cauſſa nunc porro indagandum eſt, cui iudici, ſi iurisdictiones diuerſae in eodem concurrant loco, illud ius competat? Sed poſtquam *C.I. ſ. IV.* latius demonſtratum dedimus, ubique in eodem loco domicilii iudicis fundatam eſſe iurisdictionem, prono inde fluit alueo, huius quoque eſſe obſignare obaeratorum res mobiles atque receptacula, quibus continentur, cum eiusmodi obſignatio realem plane non adſiciat iurisdictionem. Quod vero, vt eo clarius pateſcat, adſciendum eſſe duximus decretum illuſtris Regiminis Regni Prussiae, quo ſenatui Academico, non vero oppidano, cum Regiomonti de bonis bibliopolae cuiusdam obaerati moueretur concursus, quem vocant, creditorum, ius eſſe obſignandi eius bona, inuentariumque conſiciendi his iudicauit verbis: *Wir haben Uns euren allerunterthänigſten Bericht vom 29. Octobr. jüngſtbin, laut deſſen Ihr in Sachen derer Creditoren dieſigen Buchbändlers N.N. die cognition zu behaupten vermeynet, fürtragen laſſen und zur Gnüge erwogen. Diemeil nun nach klabren Inhalt des der dieſigen Vniuerſitatz ertheilten priuilegii de An. 1557. alle Buchbändler der Academiſchen iurisdiction generaliter, ohne einige Reſtriction, und ſonſt niemands, vnterworffen, folglich von der Städtiſchen Gerichtbarkeit in totum eximiret ſeyn, ſo gar, daß kein Städtiſcher Bedienter in derer Vniuerſitatz-Verwandten Häuſer, es mögen ſelbige Häuſer in der Stadt oder Vorſtädten gelegen ſeyn, mit Gebietben oder Verbiethen kommen muß. Dannenhero ein Buechführer vor das Stadt Gerichte nicht citiret, vielweniger daſelbſt wider ihn eine Action angeſtreyet werden kann, die von euch dagegen gebrachte Exempel*

*Idem obtrinet  
ſi iurisdictiones  
concurrunt in eodem  
loco.*

*Quod confirmatur  
decreto Regio.*

*aber*



aber auf gegenwärtigen casum nicht applicabel, noch der Vniuersität in ihren wohl erlangten und so offenbahr gegründeten Rechte präiudiciren mögen, zumahl hier nicht ratione fundi Streit ist, sondern der jetzige Concurs allein des Buchführers N. N. der kein eigen Haus hat, Mobilien und Bücher concerniret. Als finden wir in Betrachtung solchaner Umstände gantz billig, daß die cognition in diesem Concurs dem Senatui Academico um so viel mehr competire, angesehen des communis debitoris Vermögen grössesten Theils in Büchern bestehet, damit der Senat einen geschickten Curatorem darüber setze, der die Auction denen Creditoren zum Besten dirigire, und zugleich Acht habe: Ob darunter libri prohibiti vorhanden, um solche, erheischender Nothwendigkeit nach, anzuzeigen, gestalt denn auch der Arrest bereits d. u. Octobr. a. c. in officio Rectorali angeleget, und von Academischen Senat nachher bestätiget, die inuentatio bonorum auch durch zweyfache res iudicatas allda festgesetzt worden, welches insgesamt mit denen Protocollis ermiesen. Das gegenseitige Verfahren aber, als von iudice incompetente in hac causa geschehen, nicht vor gültig noch Rechtskräftig mag gehalten werden &c.

## §. IX.

*Eodem iure  
et privilegii  
gaudet Fri-  
dericiana.*

Quemadmodum igitur hæc iura Academiae, quæ floret Regiomonti, decreto Regio confirmata sunt; ita etiam nostræ Fridericianæ non solum sapientissimus eius conditor §. 17. Priuil. Academ. iurisdictionem priuatiue atque solitarie concessit in suos officiales, promotos, doctores atque magistros docentes, linguarum magistros, exercitiorum inspectores, typographos, bibliopolas, bibliopegas eorumque discipulos, admistratos



nistros & familiam vniuersam, siue in vrbe, siue in suburbijs viuant; sed etiam Rex Potentissimus, qui hodie scepra tenet, eandem, cum his propterea moueretur a pratore Regio atque magistratu oppidano Academiae, prauiam sufficienti causa cognitione, denovo stabiliiuit atque confirmauit per rescriptum decisium d. Anno c l o l o c c x x. his verbis: *Dasß weilt die Buchbinder, (quorsum etiam referendi bibliopola & typographi) auf allen Vniuersitäten vnter die Ciues Academicos gezeblet werden, ciues Academici aber ohne Vnterscheid, ob sie in der Stadt oder in denen Vorstädten wohnen, in personalibus alleime vnter der Vniuersität Iurisdiction stehen, vnd vnter keine andere gezogen werden können; also auch vnserer Vniuersität zu Halle Intention gegründet, vnd derselben die Iurisdiction über die Buchbinder, ihre Gesellen, Jungen vnd Gesinde wegen dieser Handthierung in personalibus so wohl in der Stadt Halle selbst, als in denen Vor- vnd beyden Amts-Städten Neumarck vnd Glaucha schlechterdings zu lassen &c.* Quæ cum ita sint, neminem credimus fore, qui, cum his gaudeat priuilegijs Fridericiana, eidem in dubium sit vocaturus ius obsignandi atque describendi bona mobilia suorum ciuium, si forte de hereditate minorennium atque absentium agatur, vel si excitetur creditorum concursus, vel denique si propter delicta commissa necessaria sit obsignatio. In quo sum eo fidencior, cum satis superque sit demonstratum, eiusmodi obsignationem, licet fiat in ciuium ædibus, plane non adficere iurisdictionem realem, sed fieri solummodo in securitatem rerum, quæ ibi deprehenduntur, mobilium, atque hac ratione receptacula vt loca continentia pro rebus in iisdem contentis esse consideranda.

*Et ius obsignandi suorum ciuium bona ei vnice competit.*

F

CA-



## CAPVT IV.

De

## Obsignatione bonorum delinquentium.

## §. I.

*I. R. fugitiuorum bona obsignabatur.*  
**O**bsignationem Romanorum iure non incognitam fuisse eo casu, cum reus fuga sibi consulisset, discimus ex *leg. 5. pr. ff. de Reis requir.* vbi Ictus Mandatis cauetur, inquit, *intra annum requirendorum bona obsignari.* Cum enim nemo inauditus damnari posset per *l. 1. pr. eod.* vbi *Neque enim,* inquit Ictus, *inaudita causa quenuquam condemnare aequitatis ratio patitur,* absentes edictis adesse iubebantur. Quod vero tantum obtinebat in pœnis grauioribus infligendis *cit. l. 1.* Alias enim, si pœna tantum esset pecuniaria, relegationis, vel ea adhuc miror, damnari poterant absentes *l. 5. ff. de Poen. STRVVVS Exerc. 29. §. 95.* Haec citatio fiebat per trinundinum h. e. tribus nundinis, quae nono quoque die celebrabantur. Si itaque emissâ ea comparebat reus, lege interrogabatur, sin minus, bona eius obsignabatur *e. l. 9. pr. eod.* quae vero, si intra annum comparuisset seque purgasset, iterum recipiebat *l. 1. C. eod.* si non, post annum in fiscum cogebantur *e. l. 5. ff. eod.* Neque etiam, licet anno elapso probare posset innocentiam, bona recipiebat *l. 2. Cod. eod. v. WISSENBACH. ad ff. n. 4. eod.*

## §. II.

*Quare fugitiuo non comparente I. R. necessaria fuerit obsignatio.*

Quia igitur obsignationem atque annotationem, emissâ antea citatione, necessariam fuisse, demonstratum dedimus, necesse est in causam inquirere, qua moti voluerint legislatores, vt accederet obsignatio & an-



annotatio. Adfirmant vero interpretes eum potissimum in finem hoc factum fuisse, quia anno circumacto bona addicta fuerint fisco, sed, postquam Iustinianus bonorum proscriptionem sustulerit *Nou. 134. c. fin.* hanc etiam exulare existimant obfignationem. HYBERVS in *Prælect. ad ff. h.* Verum enim vero non desunt rationes, quibus adducti non hanc solam obfignationis fuisse causam, quod bona coegerint in fiscum Romani, arbitramur. In *l. enim 5. §. 3. ff. de Requir. reis Curandum est*, inquit Modestinus, *ne quid ei, qui profugit, medio tempore a debitoribus eius saluatur, ne per hoc fuga eius instruat.* Si vero hoc iubent leges, omnino prospiciendum est, ne quicquam ex bonis subministraretur fugitiuis, quod tamen omnino timendum est, nisi per obfignationem in tuto collocentur vniuersa.

<sup>1)</sup> Quia anno elapso bona addicbantur fisco,

<sup>2)</sup> Ne fugam instruat.

### §. III.

Hæc de I. R. Germanorum Iure, quia itidem bonorum annotatio est necessaria, præcedere debere obfignationem, si non statim fieri possit designatio, ambigendum non est. Clara ea in re sunt quæ dispositum Imperator in *C. C. Art. 206.* So ein Ubelthäter ausweicht, so soll der Richter zweien oder drey desselbigen flüchtigen Freunden erfordern, und in Gegenwart derselben und zweyer Schöpffen des Gerichts der Sachen unuerdacht, alle seine Haab und Güter, so in seinen Gericht gelegen, durch den geschwornen Gerichts-Schreiber eigentlich beschreiben, und aufzeichnen, und dem Ubelthäter nichts davon folgen lassen &c. Non vero dubitandum est, quin C. C. architecti pleraque hauserint e Romanorum legibus, de quo forte alio loco copiosius disse-

*I. G. annotatio & sic etiam obfignatio necessaria.*



*Non quia  
bona cedunt  
fisco, sed ne  
instruatur  
fuga.*

*Notantur  
scabini Ha-  
lenſes d. a.  
1634.*

rendi dabitur occasio. Quamquam itaque Carolus V. nullibi fugitiuorum bona fisco addicat, tamen requirit annotationem, & si ea non statim peragi possit, obſignationem, ne quid fugitiuo præbeatur, unde fuga instruatur. Cum igitur per C. C. non fisci interesse concurrat, sed ideo obſignanda atque annoranda sunt fugitiuorum bona, ne inde capiant vitæ subsidia, non etiam I. G. antea necessariam esse citationem, quæ requirebatur Romanorum institutis, facile est ad intelligendum. Unde mirari omnino subit, quare scabini Halenſes *Mense Decembris 1634 cxxxiv. ad Interrogat: der Magdel. Regier. C. Ioachim Cæsavn* responderunt: *Daß die annorand des Inquisiti Gütber noch zur Zeit, weil er bis anhero noch niemabl citiret, sondern sich liti & defension per litteras offeriret, nicht statt hat. Sed sine dubio scabinos in transuersum egit peruersa Iuris peregrini ad patrias leges applicatio. Quod autem, quam sit ineptum, cum non propterea obſignentur, vt in saluo sit fisci interesse, quæ erat ratio I. Rom. sed ne fuga instruatur, ex ipsis C. C. verbis nemo non intelligit.*

## §. IV.

*Hibernus cre-  
dit, quod ho-  
die annota-  
tio non sit ne-  
cessaria, quia  
bona non ce-  
dunt fisco.*

*Sed altera  
ratio, ne se-  
cunda instru-  
tus, non ces-  
sar.*

Existimat quidem HVBERTVS in *Prælect. ad ff. de Requir. reis p. m. 557.* non amplius in vsu esse annotationem & sic etiam, quod inde sequitur, nec obſignationem. Sed credidit hoc, quia forte in patria sua id vsu non esse receptum animaduertit. Unde etiam apud Belgas *Paræmia* nota est, *dat niemandt sin lyf ende Goet t' samen verbreucken kan*, notante MATHÆI *de Crim. L. XLVIII. T. 20. C. 2. n. 20. p. 876.* Interim tamen ea ratio, ne scilicet fugitiuus quicquam ex bonis suis, unde



vnde viuere possit, capiat, hoc ipso non cessat, quia ista paræmia tantum de pœna loquitur. Nostro enim iure, quin adhuc ea obtineat, nemo dubitabit. V. BACHOVIVS *ad Treutl. V. II. Disput. 31. th. 4. lit. A.* FARINAC. *Qu. n. n. 3.* KLOCK. *Vol. 1. C. 27. n. 65.* STRVVIVS *de Requir. Reis.* HAHNIVS *ad WESENBEK. eod.* ZIERITZ *ad cit. Art. 206. verb. in suos usus.* Dn. KRESS *ad cit. Art. n. 1.* Exceptio tamen est in crimine læsæ Maiestatis, de quo integrum Commentarium edidit Illustris GYNDLINGIVS, per *auth. Bona damnat. C. de bonis proscript.* vbi adhuc bona rediguntur in fiscum, & si legibus forte eadem pœna sequatur delictum. MATHAEI *l. c. n. 20.*

*Hinc iure G. requiritur.*

*Exceptio est in Crimine læsæ Maiest. vbi adhuc bona cedunt fisco.*

## §. V.

Postquam igitur probatum dedimus, non eo fine requiri hodie semper annotationem atque obsignationem, quia bona addicuntur fisco, sed ne inde fuga instruatur, quid mirum, si ita responsum a ICtis Helmstadiensibus 20. May 1650: *So viel aber den flüchtigen Ehemann Christoph Jägern betrifft, sind dessen Haab vnd Güther von der Obrigkeit zu annotiren vnd aufzuzeichnen, oder auch dessen Freunden, da es denenselben beliebt, gegen annehmliche Caution, zu vntergeben, dauon zuuor dessen Eheweib vnd Kindern nothdürftigen Leibes - Nahrung, dem Flüchtigen aber, weil er noch vnausgesöhnet, oder die Sache nicht ausgeföhret, nichts abzufolgen. Alles Inbalt Kayser Caroli V. Hals-Gerichts-Ordn. 206. Art. V. R. W. Et inde etiam in der Königl. Preussif. Criminal-Ordnung C. VII. §. 1. in Illustr. MYLII Corp. Const. March. P. II. §. 3. p. 89. ita statutum: Wann einer nach begangener Missethat, welche Leibes oder Lebens-Straffe nach sich ziehet,*

*Responso confirmatur dicto.*



sich verborgen hält, oder einer, der dßfals ziemlichen redlichen Verdacht wider sich hat, sich auf stüchtigen Fuß gesetzt hat, oder auch ein gefangener Uebeltäter aus dem Gefängniß entkommt, sollen die Gerichte des Orts, ohne Verzug, des Entwichenen Haab und Güter, bewegliche und unbewegliche, mit Luziehung und in Gegenwart zweien des Uebeltäters Freunden, durch den Gerichts-Schreiber aufzeichnen, und dem Entwichenen nichts davon folgen lassen. Idem sancitum in der Königl. Großbritt. Criminal-Instruct. Cap.

Cessat tamen  
I. G. etiam  
obsignatio, si  
delicta sint  
leuiora.

V. §. 1. Verum enim vero hæc omnia de eo casu sunt irrocienda, si corporis poena adstricta sit irroganda. Quod si enim delicta tantum leuiora sint commissa, & quæ talem poenam non merentur, annotationem & sic etiam obsignationem haud esse necessariam, vel exinde patet, quia absens poena pecuniaria, relegationis aliaque coërceri potest. GAILIVS de arrestis imperii C. 1. n. 4. DN. KRESS ad cit. Art. C. C. n. 1. STRVV. Exercit. 49. th. 96. BACHOVIVS ad TREVTL. l. c. lit. B.

### §. VI.

I. Saxon. post  
banni pro-  
cessum fugi-  
tiorum bo-  
na redigun-  
tur in fiscum.

Licet autem Carolus V. in cit. Art. C. C. disposuerit, bona damnatorum non posse occupare fiscum, exceptioni tamen locus est I. SAXONICO. Hoc enim iure in fiscum rediguntur post banni processum fugitiorum bona, & hinc sunt annotanda atque obsignanda. Ita enim CARPZOV. Pr. Crim. Quæst. 140. num. 128. de consuetudine, inquit, bona fugitiorum annotantur iudicialiter & custodiuntur etiam ante declarationem primi banni, ne scilicet fiscus bannum superius expectans, defraudari & confiscatio bonorum per distractiones eludi queat. Quæ vero vt in eo maiori constituentur luce

Quomodo  
banni pro-



luce, a scopo forte alienum non erit, nonnulla de  
 banni processu in Saxonia & quomodo fugitiuorum  
 bona cedant fisco, differere. (a). Ante omnia au-  
 tem requiritur, crimen tale fuisse commissum, pro  
 quo pena ultimi supplicii reo confesso vel conuicto,  
 irroganda veniat CARPZOV. *l.c. n. 52.* Alias enim, si  
 de tali agatur pena, quae etiam absenti insigi potest,  
 processus banni decerni nequit, & sic nec annotatio  
 atque obsignatio erit necessaria TITIVS *Iure Priu. L.*  
*XII. C. 17. §. 1.* Deinde probe distinguendum, an reus  
 in flagranti deprehensus, & crimen non sit pernoctatum,  
*daß die Klage vud That nicht überechtig worden,*  
 & statim, etiam ab herede occisi, fuerit accusatus c.  
*Q. c. n. 72. seqq.* COLERVS *Dec. 108. n. 4.* Tunc enim  
 sequitur citatio vel oretenus in aedibus rei, vel etiam  
 in scriptis, adeo, vt si non statim compareat propter  
 contumaciam admissam vsque ad legitima impedimen-  
 ta, *bis auf die Ehebasten,* inter quaterdenam probanda,  
 condemnetur COLERVS *l. cit.* 2) An non in flagran-  
 ti deprehensus, nec etiam antequam crimen pernoctatum  
*ebe 24. Stunden verlossen,* fuerit accusatus, hoc  
 casu enim non statim, verum tribus vicibus per qua-  
 terdenam in quaterdenam vocari debebat COLERVS  
*l. c.* Iure scil. antiquo; hodie enim sufficit, si semel  
 peremptorie, ita tamen, vt tempus spatium integrum  
 Saxonicum a tempore insinuationis vel affixionis con-  
 tineat CARPZOV. *Quest. 136. n. 81. & Qu. 140. n. 57. seqq.*

*cessus insti-  
 tuatur?  
 1) Adesse de-  
 bet crimen  
 capitale.*

*2) Si in fla-  
 granti de-  
 prehenfus  
 reus, statim  
 citatur.*

*Aliud vero  
 obtinet, si  
 3) non in fla-  
 granti depre-  
 hensus.*

*Debebat  
 enim citari  
 tribus vicibus.*

Si

(a) Eundem banni processum & in allis Germaniae terris non fuisse incognitum perhibet LEHMANNYS in *Chron. Spir. Lib. 4. c. 18.* Quod vero latius deducere instituti non permittit ratio. Plura diximus in *Manud. ad Proc. L. II. C. IX. §. 18.*



*Si vero non  
compareat  
declaratur  
in bannum.*

*A quo, si se  
intra annum  
non liberat,  
proceditur  
ad bannum  
superius.*

*Quia ergo  
rursus fisco ce-  
dunt bona  
etiam ob-  
signatio requi-  
ritur.*

*Extra Saxo-  
niam tunc  
bona fisco ce-  
dunt, si hæc  
pena specia-  
liter in cri-  
men statuta.*

Si neque tunc compareat, præuia contumaciæ accu-  
satione bannitur vsque ad legitima impedimenta *bis*  
*auf die Ehebasten*, ad eaque probanda iterum citatur.  
Quod si autem nec hoc faciat, declaratur in bannum,  
atque in locis citationis adfigitur sententia. CARPZ.  
c. Qu. 120. n. 74. seqq. Hoc facto si intra annum se a ban-  
no non liberat *Land-Recht L. 2. art. 4.* proceditur ad  
bannum superius, atque, præuia accusatoris implora-  
tione, denuo citatur, & si emaneat condemnatur in  
legitima impedimenta & ad illa probanda vocatur edi-  
cto. Demum vero si perseveret in contumacia, de-  
claratur in bannum superius, quod hos producit effe-  
ctus, 1) quod ita bannitus in toto principis territorio  
capi possit, si modo bannimentum imperanti fuerit  
denunciatum, 2) notetur infamia, 3) bona addicantur  
fisco, ita, vt ne quidem probata licet innocentia ea  
recuperare possit *vid. CARPZOVIVS, TITIVS & CO-  
LERVS l. c. Manud. ad Proc. L. II. C. 9.* His igitur quæ  
de banni processu huc maxime spectari videbantur,  
demonstratis, facile est ad intelligendum, I. Saxon.  
non solum ideo necessariam esse obsignationem atque  
annotationem bonorum fugitiui, ne eius instruat  
fuga, sed etiam, quia, si propter contumaciam tan-  
dem incurrit bannum superius, bona vindicantur fi-  
sco adeoque eius intersit, ne forte aliquid inde sub-  
trahatur.

#### §. VII.

Et idem etiam obtinet extra Saxoniam, si læsæ  
Maiestatis, vel aliud forte crimen, in quod statuta  
bonorum confiscatio, commissum. Quia enim bona  
non statim fisco addici possunt, sed opus est, vt insti-  
tua-



tuatur processus inquisitorius, interim vero non tantum metus subsit, ne instruaturs fuga, verum etiam ne defraudetur fiscus, omnino accedere debet obfignatio atque annotatio iudicialis. Speciminis loco ea adducemus, quæ disposuit Potentiss. Rex Prussiarum in *Mandato Duellico de anno 1713. Art. 7. Unter dessen sollen die reuents beyder Duellanten Güther, es seyn feudalia oder allodialia, mobilia oder immobilia ohne Unterscheid, vnd ohne einiges Absehn so fort vnd so lange sie im Gefängniß seyn, vnserm Fisco anheim fallen &c. & Art. II. Wie denn auch, wenn der solcher gestalt Flüchtige einige Lehn- oder allodial-Güther hätte, dieselbige so lange vnserm Fisco, vorbehältlich der Frauen vnd Kinder gebührenden Unterhalts, anheim fallen, biß er durch die gesetzte Strafe das Uebertreten vnd Verbrechen gebüßet.* Patet igitur ex his omnibus, quod quidem non pleno iure cedant fisco bonorum, qui pugnae solitariae se commiserunt, sed tantum vel quamdiu in carcere sint, vel, si fuga elapsi, donec digna adfecti fuerint poena. Ne vero hac etiam ratione damnum incurrat fiscus, requiri, requiri, vt statim accedat obfignatio iudicialis, nemo non animaduertit. Id, quod etiam praeterea hoc casu necessarium esse, si fuga reus sibi consuluit, ex ipsis edicti duellici verbis *art. 8. constat: Immittelst sollen alle derselben reuents von ihren hinterlassenen Güthern, sie mögen seyn allodialia oder feudalia, mobilia oder immobilia, damit ihnen auf der Flucht daraus kein Vorschub geschehen möge, so lange sie abwesend bleiben vnd am Leben seyn werden, oder bis sie sich gestellet, vnd die respectiue Straffe erlitten, vns beumfallen.*

*Idem certo modo in eos, qui contra mand. Duell. Reg. Pruss. delinquant, statutum.*

*Et hinc obsequanda.*

*Imo etiam, ne fuga instruaturs.*

G

§. VIII.



## §. VIII.

*Quo casu  
mobilia a iu-  
dice domici-  
lii obfignan-  
da.*

Superest, vt etiam hoc loco demonstramus, cui iudici ius obfignandi competat? Sed, quis illud amplius iudici domicilii denegabit, si fugitiuus bona possideat mobilia, atque iurisdictione gaudeat criminali? Nolumus igitur actum agere eaque denuo repetere, quæ inuictis Cap. I. II. & III. probatum dedimus argumentis.

## CAPVT V.

De

*Obfignatione rei vel pecuniae debitae.*

## §. I.

*Si creditor  
legitime ob-  
latum debi-  
torem accipere  
recusat, eius  
depositione  
& consigna-  
tione libera-  
tur debitor.*

Cum saepe contingat, vt creditor accipere recuset debitum tempore locoque opportuno oblatum *l. 19. C. de Vfur. l. 9. C. de solut. RICHTER. P. II. dec. 75. num. 7. 18. 19. SCHVLTZ. de Oblat. & depos. pec. Cap. IV. n. 2. HVB. Praelect. Inst. Quib. mod. toll. oblig. §. 14. SAMSTRYK. VJ. Modern. de Solut. §. 15. 16. MEV. P. II. dec. 200. indulgent leges debitori, vt per depositionem & consignationem rei pecuniaeue debitae rite & sollemniter factam se a periculo & vfuris liberare possit. Nullibi vero requirunt, vt creditor citeatur a iudice debitoris competente, ad videndum deponi & obfignari pecuniam, si facta oblatione illam recipere noluerit. Vnde etiam plerique interpretes, dum requisita legitimae depositionis recensent, *oblationem* nimirum, *consignationem* & *depositionem*, citationis mentionem non faciunt. ZANGER. de Except. P. III. Cap. 2. PE.*

*Nec iure  
communi ci-  
tatio credi-  
toris, obla-  
tione rite fa-  
cta, requiri-  
tur.*



PEREZ. *ad C. de Vfur. n. 32.* SICHARD. *ad l. 9. C. de Solut. n. 4.* CARPZOV. *P. II. C. 28. d. 16.* Rechte propterea responderunt scabini Ienenses apud RICHT. *loc. cit. n. 25.* Gestalt ohne das in beschriebenen Rechten nirgends ausdrücklich versehen, daß auch in voluntaria depositione, über die oblation, consignation und deposition der vollständigen schuldigen Gelder, so am gehörigen Ort, und zur rechten gesetzten Zeit geschehen, noch fernere eine solennische Citation und Ladung erfordert werde, sondern wird disfalls von den Rechts- Lehrern vorzugsam geachtet, wenn entweder eine gerichtliche Ladung ad videndum deponi, oder aber nur oblatio pecuniae, oder allein eine schlechte extrajudicialis denuncia- tion dem creditori sein Geld zu empfangen geschehen und vorgegangen. Sed in Saxoniam Electorali vigore edicti Monetarii de anno 1610 c. 13. C. S. pag. 621. aliud obtinere & citationem omnium, quorum interest, requiri tradit SCHVLTZ. *loc. cit. n. 28.* MENCKE *Synops. Pand. de Acceptil. f. 7.* CARPZOV. *L. V. Resp. 99. n. 24.* Daß vermöge Churfürstl. Sächsisch. Müntz-Edicts bey deposition der Gelder neben und über andern solennen und nothwendigen Stücken erfordert wird, daß die Interessenten ad videndum deponi citiret werden sollen.

*Que tamen in Saxoniam Electorali necessaria est.*

## §. II.

Quia igitur iure communi tunc demum citatio creditoris requiritur, si legitima oblatio non præcessit, facile est ad intelligendum, sola depositione & consignatione rei vel pecuniae debitæ non liberari debitorem, eumque, urgente creditore, condemnari, ac si nulla depositio facta fuisset *l. 2. C. de Vfur.* CARPZOV. *l. c. d. 16.*

*Depositio & consignatio non sufficit, quam nulla præcessit oblatio, que tamen, cum facti sit, probari debet.*



*Vnde expedir, ut fiat testibus praesentibus vel per tabellionem & testes.*

*d. 16. n. 1. 2. de LYNCKER Resp. 12. n. 17. 18.* Interea cum oblatio iusto loco & tempore facta probanda sit, praesentibus testibus fieri expedit. Recte Imperator ANTONIVS *l. 6. C. de Vsur. Si creditrici*, inquit, *quae ex causa pignoris obligatam sibi rem tenuit, pecuniam debitam cum usuris testibus praesentibus obtulisti, eaque non accipiente, obsignatam eam deposuisti, usuras ex eo tempore, quo obtulisti, praestare non cogeris.* Absente vero creditrici praesidem super hoc interpellare debueras. Non enim absente Imperator testes requirit, sed talem speciem tractat, ubi iis praesentibus debitor pecuniam creditori obtulerat. Nam non testium praesentia, sed legitima oblatio facit, ut creditor in mora accipiendi constituatur. CARPZOV. *Ref. 99. n. 21.* LAVTERBACH. *Colleg. Pand. Tit. de Solut. §. 42.* Ut itaque facilius sit probatio, oblationem fieri expedit per tabellionem & testes. Cum enim solemne notarii instrumentum plenam fidem faciat, facili negotio probari potest, creditori rem pecuniamue debitam rite oblatam ab eoque negatam fuisse acceptionem. Absente vero creditore sufficit, si pecuniam praesente iudice oblatam eiusque auctoritate obsignatam deponat *c. l. 6. C. de Vsur. ibique BRVNNEM. n. 1. PEREZ. ad C. eod. n. 32.* Idem obtinet, si creditor incertus sit *l. 9. §. 1. D. de Vsur. vel ei tuto solui nequeat l. 17. §. 3. eod.*

### §. III.

*Facienda est depositio in iudicio debitoris, nisi lo-*

Cum vero actor sequi teneatur forum rei, nemo non intelligit, depositionem & consignationem faciendam esse in iudicio debitoris competente. *S TRYCK V. M.*



*V. M. l. c. §. 17.* Nisi conuenerint, vt solutio fieret in loco creditoris. Tunc enim proculdubio debitor iudicem creditoris adire debet, si is rem pecuniamue rite oblatam accipere recuset *l. 9. C. de solut. KÖR- PEN dec. XXXIV. n. 15. RICHT. l. c. n. u.*

## §. IV.

Licet vero sint, qui requirunt, vt antequam in iudicio pecunia obfignetur, praesente iudice eiusue delegato numeretur *CARPZ. l. c. n. 8. SCHVLTZ. l. c. requis. 8. n. 30.* tamen verius est, non nocere omissionem numerationem, si, postquam resignata fuit, appareat, integram summam fuisse depositam. Tantum enim leges volunt, vt pecunia debita cum vfuris consignata in publico deponatur *c. l. 6. 19. C. de Usur.* Vt vero praecedat numeratio nullibi requirunt. Imo quid opus esset numeratione, si obsignationem totius debitae pecuniae, in sacculo licet & folle, vt aiunt, factam appareat? Nam non numeratio, sed depositio & obsignatio ab vfuris & periculo debitorem liberat *STRYCK V. M. l. c. §. 17. FREYER de Solut. C. VII. m. 7. n. 212.* Vnde recte responsum a ICtis Ienensibus apud *RICHTERVUM l. c. n. 27.* *Ihr habet euch gehalten Sachen nach des effectus solutionis zu erfreuen, vnd seynd die Vormündere das damnum decrefcentis monetae, weil ihnen öffentlich das Geld anzunehmen offeriret, sie sich aber dessen verweigert, vngeachtet sie dazu nicht specialiter citiret, oder auch das Geld nicht gezahlet worden, zu agnosciren verbunden. V. R. W.* Interea caute agit debitor, si numerari curet iudice praesente pecuniam. Si enim, numeratione secuta, obsigna-

*cus credito-  
ris solutioni  
destinatus  
fir.*

*Non tamen  
necessaria  
est numeratio,  
si, factu  
resignatione,  
roza summa  
adsit.*



tionem totius pecuniae debitae factam esse probetur, ab omni periculo liberatur, si postea integram non adesse summam appareat.

## §. V.

*Liberatur debitor, si creditor pecuniam aliquam rem debitam pro consignata & deposita habuit.*

*Non tamen permittitur ei iudici, ut eam pro obsignata habeat & debitori relinquere possit.*

Quod si autem, debitore depositionem minitante, creditor professus fuerit, se pecuniam habere pro consignata & deposita, proculdubio debitor ab usuris & poena liber erit. Licet enim retineat pecuniam eaque uti possit; tamen, dum creditor eam pro consignata habuit, necessario in effectus consignationis consensit & fisci voluit cursum usurarum. SANDE *L. III. T. 14. d. 13.* HVB. *Praelect. Inst. Tit. Qu. mod. toll. oblig. §. 14.* VOET. *Tit. de Usur. §. 17.* Sed num idem erit dicendum, si pecunia ab ipso iudice eiusne delegato pro obsignata habeatur? Adfirmat quaestionem SANDE *c. l. d. 13.* & prouocat ad GEORGII LOÛET *Recueil des Arrest. lit. C. n. 7.* qui ita decisum fuisse refert a curia Parisiensi, cum omnes actiones metiendae sint ex interesse agentium adeoque nullum hoc casu interesse creditoris versari videatur, quia iudex eiusne delegatus de pecunia respondere eaque promptam semper habere & si exigatur quocunque tempore soluere teneatur, saluo regressu contra debitorem. Sed vereor, ut haec sententia firmo nitarur talo. Nam leges abscisse requirunt, ut pecunia consignata deponatur *l. 4. C. qui pot. in pign.* Nec permittunt iis, qui asseruandis rebus pecuniisque apud acta depositis publice praepositi sunt, ut eas pro consignatis & depositis habeant & debitori relinquunt. Igitur cum leges veram, non fictam consignationem &



& depositionem requirant, facile est ad intelligendum, debitorem ab vsuris & periculo non liberari, si pecuniam retineat, licet iudex eiusde delegatus eam pro consignata & deposita habuerit, ex cuius facto illicito nulla liberatio nasci potest. Accedit, illos, qui afferuandis rebus apud acta depositis praepositi sunt, furtum vsus committere & ad vsuras praestandas condemnari, si pecuniam publice depositam in suos vsus conuerterint *f. 6. I. de Obligat. quae ex del. l. 4. C. Depof.* Quo itaque iuris colore id permittere possunt debitoribus, quod ipsis permissum non est?

## §. VI.

Quum vero totius debiti oblatio & consignatio necessaria sit *c. l. 9. C. de solut.* consequitur, vt si quis minorem pecuniam, quam debebat, obsignari cura-uerit, totius pecuniae debitae vsuras praestare debeat *l. 41. f. 1. D. de Vsur.* Licet autem recte facta oblatio & consignatio effectum solutionis habeat & debitor liberetur *c. l. 9. C. de Solut. l. 19. C. de Vsur. l. 1. f. 36. D. Depof.*

LAVTERB. Colleg. Pand. T. de solut. f. 46. seq. STRYCK V.M. eod. f. 18. 19. VOET. eod. f. 28. tamen sola oblatio iusto opportunoque loco facta a periculo debitorem liberat, si res pecuniaque debita, sine eius culpa perierit, modo probari possit, idem esse corpus quod perit ac oblatum est *l. 8. pr. D. de Condit. furt. l. 73. f. f. de V. O. l. 72. pr. D. de solut. ibique BRVNEM. n. 1. 2. SCHULTZ. l. c. C. VI. n. 13. HUBER. l. c. f. 14.*

PERILL. L. B. a COCCII *Iure Controu. T. de Acceptilat.*

Q. III. Imo facit haec oblatio, quo minus poena vel vsura ex mora incipiat deberi *l. 122. f. 5. D. de V. O. l. 9.*

*Si debitor non insignatam summan consignatam deposuerit, vsuras totius debiti praestare debet.*

*Sola tamen oblatio recte facta a periculo debitorem liberat, si res sine eius culpa perierit.*

*Facit etiam quo minus poena vel vsura*

*f. 1.*



va ex mora  
debeatur sed  
cursum usu-  
rarum, qui  
iam antea  
coepit, non  
sistit.

In iis re-  
bus sufficit  
oblatio ver-  
balis, quae  
realem sua  
naturam re-  
spuunt.


*f. i. D. de Usur. l. 23. f. f. de recept. qui arbitr. recep.* Cur-  
sum vero usurarum, qui iam ante coepit, non sistit,  
nisi pecunia consignata tuto in loco deposita fuerit *l. 28.*  
*f. i. D. admin. & peric. tutor.* Sufficit etiam oblatio ver-  
balis in iis rebus, quae realem oblationem & confi-  
gnationem sua natura respuunt. Inde res immobi-  
les creditori obtulisse sufficit testibus praesentibus,  
vel in iudicio, ad eum effectum, ut si sine dolo latae  
que debitoris culpa perierint, periculum & damnum  
ad creditorem redundet. *DONELL. Comment. Iur. Ciu.*  
*L. XVI. C. 13. SCHVLTZ. l. c. C. VIII. n. 23.*













X 2542459

lp 18







1722 LXVII.  
172 AD

DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
OBSIGNATIONE IVDICIALI,

Von der  
Gerichtlichen Versiegelung.

PRAESIDE  
CAROLO GOTTLIEB KNORRIO ICTO  
POTENTISS. PRUSSIAE REGI A CONSILII AVLICIS  
ET IVRIVM PROFESS. PVBL. ORDIN.

IN ILLVSTRI FRIDERICIANA  
ANNO MDCCLXXII. PVBLICE DEFENSA

A  
FRIDERICO ERNESTO KNORRIO  
HALENSI.



HALAE MAGDEBVRGICAE  
LITTERIS IOANNIS CHRISTIANI HENDEL.

71

XXVI. 7. A. XLII. 6.

